



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XLVIII. de Præludiis ad caussam intestati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

DE PRÆLVDIIS, AD CAUSAM INTESTATI. LIBER. XLIII.

Quibus modis causa intestati ex causa testamenti oriri potest, & de reuocatione valida testamenti. Cap. 1.

- 1 Testamenti causa preferitur cause intestati.
- 2 Intestatus quis dicatur. & intestati due species.
- 3 Testari causa quomodo pereat.
- 4 Testamentum quomodo inutile reuincat.
- 5 Adoptiuus filii non succedunt in Gallia, & quomodo olim succedebant.
- 6 Testamentum quomodo expresse vel tacite dicitur reuocatum a testatore. per lapsum 10. an. vel voluntate simpliciter, vel posteriore testamento. & 7.
- 8 Cum duobus Testamentis paganus decedere non potest, miles contra.
- 9 Testamentis duobus vel pluribus commorientibus, quod posterius in dubio presumatur.
- 10 Testamentum inter liberos quomodo posteriore non reuocetur.
- 11 Clausula derogatoria testamentis apposta quid operetur, & quomodo eidem derogetur, & n. 12. & 13.

Intestata cura debet esse eorum, qui volunt succedere ab intestato, dispicere, num testamentum aboleri possit defuncti, vt causa testati pereat. Nam quandiu ea locum habet, non est locus, vt monuimus alibi, successioni ab intestato, *le. quando. de acq. her. P. l. vni. si tab. testa. nulla exsta. P. l. ansequam. com. de succ. C. cum simili.* ¶ Intestatus namque is dicitur, qui decessit nullo condito testamento, vel aliquo quem condito, sed quod non fortiri possit effectum. Hoc explicat Iustin. *§. de hered. que ab int. deser. ex vlpiano. in l. de suis & legi. hered. P. Intestatus, inquit, decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat, ruptum irritumve factum est: aut si ex eo nemo heres exstiterit.* Duæ tamen sunt species intestati notandæ: vna, quæ specialis alia, quæ vniuersalis. Specialis, quando aliqua de re singulari non meminit testator in testamento, ratione cuius omissionis si suppleri non possit, decedere dicitur intestatus: veluti, si nihil statuat de tutoribus filiorum, in illis erit intestatus, *§. quod autem, de legit. agnat. tut.* Vniuersalis vero, quando omnino quis non fecit testamentum, vel fecit, sed eius non habetur ratio. Prior causa intestati non deuoluit successione hereditatis ad venientes ab intestato, altera contra. ¶ Subruitur porro causa testati, vel ratione rerum, ex causa ipsius testamenti: vel ratione personarum, a quibus fiunt testamenta: vel ex negotiis seu actionibus testamenti, non factis secundum legum formulam, vel ex personis cuius sit institutio. Eruntque tunc disposita sine effectu, cessante fine & rationibus testamentariis. Ex parte itaque testamenti intestatus quis dicitur, 1. si testamenti tabulæ non existant, nec constet de nuncupatio, *l. vni. si tab. testa. nul. exsta. P. d. l. i. de suis & legit. P. §. 1. de hered. que ab int. deser.* Iure tamen pontificio, qui alii commisit suarum rerum dispositionem, non dicitur intestatus: & si testamentum non relinquat aliud, vt ait gl. in ca. cum tibi, *§. ordinatio rerum, de testam.* 2. Si testamentum sit delectum, vel interdictum, vel inductum ex voluntate testatoris volentis mutare voluntatem, *l. 1. & l. proxime, de iis, que in testa. delent. lib. 28. P. titu. 4. l. vni. si: ab testa. exsta. l. 37. P. tit. 2. 3.* Si solemnia desint testamento in scriptis facti testium & aliorum, quæ ponuntur in l. hac cõsultissima, de testa. l. si. de fideicom. C. si non sint testes rogati, *leg. heredes palam, de testa. P. aut. rogatis, de testib. C.* si non fuerit testamentum absolutum vnico contextu, *l. si is qui testamentum, & lo. heredes palam, de testa. P.* si non fuerit recitatum nõ solemne testamentum, *l. hãico commissã, 11. §. quoties, de leg. 3.* si imperfectum sit nisi inter liberos fiat, quorum fauore valet quomodocunque factum, *l. hac consultißima, §. ex imperfecto, de testam. C. cum aub. ibi positus.* Sicuti & alibi suo loco demonstrauimus, id ipsum que in testamento ad pias causas composito, & in testamento habente clausulam codicillarem, locum habere.

¶ Ex parte testatorum, a quibus fiunt testamenta, recidit causa testati in causam intestati, variis modis: vt si testamentum ab eo factum est, qui potestatem non habebat condendi: quo casu improprie tamẽ dicitur quis intestatus, vt si furiosus, pupillus,

& similes testentur, *in l. 1. de suis & leg. her. e. P. qui testari nõ possunt, docet titu. quib. non est per fac. testa. & nos in testa. docuimus.* Item si testamentum quidem potuit facere testator tempore quo condidit, sed postea incapax factus sit: puta quia capite minutus. Nam testamentum rumpitur etiam minima capitis diminutione, *§. alio autem modo, quibus mod. testa. in fir. vt si se arrogandum dederit, l. conficiuntur, 8. §. qui post factum, de iure codici. iunge. §. minima, de ca. diminu.* Multo magis, si maximam patiar capitis diminutionem: nam per illam etiam testamentum irritatur, *l. eius qui, §. 1. de testa. que autem illa sit in §. maxima, de ca. diminu. docetur.* Ex æquitate tamen prætoris, si testator tempore mortis in ueniat in statu legitimo condendi testamentum, irritum per capitis diminutionem, testamentum conualescit, si eius voluntatem retineat, *§. non tamẽ per omnia, quibus mod. testa. in fir. le. qui ex liberis, §. testamento, de bonor. posse. sec. tab. P. §. 7.* Secundum autem facta per testatorem, testamenta subvertuntur pluribus modis, vt, si quis post factum testamentum adoptauerit sibi filium, vel arrogauerit: testamentum enim ab eo antea factum rumpitur, veluti agnatione sui heredis, *§. 1. quibus mod. testa. in fir. l. 1. in fin. l. 3. & l. certu. de iust. iur. & c. P.* In Gallia tamen metuendum non est, hanc adoptionem rumpere testamentum, quia nec vlla adoptandi consuetudo recepta est: & si quidam tanquam filii natiuantur, alumni nomine & priuilegio tantum digni sunt, nec succedunt patribus nutritiis, nec eos tenentur instituire qui promissit tanquam filios habere, *l. quidam cum filium, 133. de ver. b. ob. P.* Et ita etiam Mafuerius tradit, *in §. item si defunctus, de proba. filios adoptiuos in Gallia non succedere, quem sequuntur Guill. Bene. in ea Raynutius, in ver. & uxorem nomine, nu. 700. de testa.* Tiraquellus, *in tract. de reira, §. 1. gl. 8. & Rebutus, tract. de sentent. pronouional. art. 1. gl. 2. nu. 27.* Et quãuis in Gallia præcis temporibus, & in Longobardia legamus adoptionem factam, & successores electos adoptiuos a principibus, vt suo loco in adoptiuis filiis ostendimus: at tamen hoc detuetudo sustulit, & successio illis delata aliquãdo, non iure adoptionis, sed ex voluntate testamentaria decedentium, probabilis est dicere. Scribit tamen Tiraq. per legitimam filii naturalis, que in Gallia vel subsequente matrimonio, vel diplomate principis fit, rumpi testamentum antea factum, *Tiraq. in le. si vnquam, ad ver. se seceperit liberos, nu. 8. de reuoc. don. C.*

¶ Facto quoque testatoris corrumpitur testamentum, si expresse reuocet, vel tacite, *l. 1. §. si heres, si ab testa. nulla exsta. P. l. sancimus, 27. de test. C. arg. l. nihil tam naturale, de regu. iur.*

¶ Expresse, quia testibus presentibus dixerit annullare se & reuocare, & nolle testamentum valere quod condidit: & postea decennium in ea voluntate lapsum sit, quo superuixerit testator, *l. sancimus, 27. de test. C. arg. l. nihil tam naturale, de regul. iur.* Sic enim admittit communis opinio reuocationem testamenti simplicem valere in l. sancimus, & ibi Alex. & gl. fin. C. de testam. Et alioquin non valere simplicem reuocationem testamenti solemniter facti, nisi aliud testamentum solemnem factum sit, cum institutione heredis, & alia interuenerit, quæ accedunt testamentis, *§. ex eo, quibus mod. testa. in fi. Bart. in l. si iure, n. 3. de leg. 3. Ale. cons. 159. nu. 8. l. 7. Socin. iunior. cons. 42. nu. 1. l. 3. vide Guill. Ben. ad dist. ca. Raynutius, ad ver. testamentum, 2. nu. 8. Pagnant & interpretes in computatione illius decennii. Nam glossa, in d. l. sancimus, in ver. fuerit. Ioan. Faber, ad d. l. sancimus, & Az. in Sum. de test. scribunt, antequam testamentum prius solemnem perfectum reuocetur per reuocationem simplicem dictam, & fiat nullum minus solemnem voluntate, exigi, vt decem anni lapsi sint a priore vsque ad reuocationem. Hostiensis tamen, in summa tit. De testam. apud Greg. §. qualiter infirmetur, vers. item per postitius, scripsit sufficere testatorem, vixisse per 10. annos post primum testamentum: nec interesse quo tempore medio reuocauerit, atque secundum hõ sententiam iudicatum est in Senatu Gratianopolitano 10. Martii, 1459. Pap. libr. 20. aref. titu. 1. are. 3. Et hæc questio ad simplicem reuocationem testamenti verbo tenus factam pertinet, non si facta aliquo reuocatum doceatur a testatore in scriptis factum: veluti, si factum canceller, incidat, deleat: nam statim tunc annullatum censetur sine alia declaratione, vel sine sequente testamento, *leg. 1. §. si heres, si ab testa. nulla exsta. P. l. nostram, C. de test. Cranetta, cons. 228. num. 1. l. coheredum, 41. de vulg. P. l. 1. §. pen. de bonor. posse. sec. tab. Et si agamus de nuncupatio, eadem solemnitate qua conditum**

conditum est, existimo reuocatum cenferi. *argu. l. nihil tam naturale de reg. iur.* Item si testator dixerit, & pala testatus sit, eos quos testamento instituerit, de se male meritos: nam & tunc illi nihil ex testamento poterunt capere, *le. hereditas, C. de his quib. ut indign. & ibi lo. Faber.* Quid enim quæritur aliud in fundamento testamentorum, quam voluntatem defuncti, quam si apertam habeamus, cur contra eam testamentum, quod improbatum est, recipiendum putamus? *§. posteriore, quib. mod. testa. in str. lo. 1. de in iusto rupto, P. Ceterum iuris explorati est, regulariter vltimum testamentum valere & tollere prius. Nec interest an aliquis existiterit heres ex eo, vel non hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere poterit, d. §. posteriore, l. cum in secundo, 16. de in iusto rupto. P. §. cum autem, de hered. que ab int. def. Et si secundum perfectum deficiat, nec ex primo, iam rupto posteriore, nec ex secundo heres erit: & ita institutus patetiam. de cedit. l. super. c. 1. plura de hoc Guil. Bene. ad c. Raynucius, ad ver. testamentum, 2. in prin. de testam.*

8 ¶ Neque cum duobus validis testamentis paganus decedere potest, ut alibi exposuimus in codicillis, l. 1. C. de milit. testam. cum similibus, l. quærebatur, eod. P. excepto milite, qui vnum in paganicis, aliud in castrensibus relinquere potest, l. 1. §. non autem, de bonor. posse. sec. tab. Ideo duobus existantibus, supremum accipiemus, id est, illud post quod nullum factum est, l. qui accusare, de eden. C.

9 ¶ *l. si. C. de rei vind.* ¶ Quod si non constat quod fuerit posterius, nullum testamentum eorum valebit, vt abunde videbis disputatum per gl. in l. 1. §. non autem, ad verbum veteres, de bono. posse. sec. tab. lib. 3. P. tit. 1. Boer. decif. 311. Ex ordine tamen scripturæ, vel ex aliis circumstantiis, possimus interdum colligere prioritatem temporis, & ex hora, & aliis quæ disputat Guillel. Bened. in ca. Raynucius, ad ver. testamentum, 2. num. 27. 28. 30. 32. Et idem eodem num. 3. scribit, in concursu duorum vel plurium testamentorum, de quorum prioritate non est certitudo, posterius præsumi, 1. Illud, ex quo nactus est illius heres hereditatis possessionem: nam alter qui negat, probare debet esse prius, & pro posteriore interim iudicandum, *arg. l. si duobus, §. si prius, de bonor. posse. sec. tab. l. hoc consulti sumus, §. si quis, de testam. vide l. 1. C. de iis qui sibi adscrib. 2.* Præsumi testamentum posterius, in quo heredes essent ex illis qui vocantur ab intestato, aliis aliorum testamentorum existitibus extraneis. 3. Posterius & validius censendum, in quo pia causa instituta est: quia vt in contractibus, *leg. 1. de iure fidei. l. 10. ita in vltimis voluntatibus fauendum ei est, Ludo. Rom. in auth. similiter, in 12. specio pia causæ, ad leg. Falcid. C. Bald. ad l. 1. de hered. vel acti. vend. C. Iason. in leg. fin. de edict. diui. Adr. toll. Addit & 4. illud posterius, in quo relinquuntur doctores profalatio. ¶ Ceterum, posterius testamentum rumpere primum intelligendum est, etiam si in posteriori non fiat expressa reuocatio præcedentis. At excipit primum testamentum, prius factum inter liberos etiã minus solemne, quod non reuocatur vel solemniter posterius, siue expressa reuocatione: nempe, si in secundo sint instituti extranei, *auth. hoc inter liberos, C. de testam.* Coniugium namque verius esset, instituti liberis, & posterius sine expressa prior derogatione valeret, *gl. in §. 1. de testam. imper. in auth. Ludo. Rom. com. 179. incip. amplissime dicit, §. col. 3. 88. incip. in c. premissis, Guil. Bene. ad ca. Raynucius, in ver. testamentum 2. num. 9.* Et totum intelligi non reuocari testamentum inter liberos per posterius, si primum fiat in scriptis: nam si sit nuncupatum, coram duobus testibus factum, tollitur per posterius, etiam in eo instituto herede extraneo, coram testibus factum, *Angel. in auth. hoc inter liberos, C. de testam. Alex. cons. 1. 4. 6. quamuis in lectura contrariam teneat, in d. auth. hoc inter liberos, sequitur hanc sen. Guill. Bene. ubi sup. Sed & tradunt reuocari tacite posteriore testamento, vbi instituta est pia causa, testamentum prius factum inter liberos. Item & sine derogatione expressa quoque reuocari posse codicillos, in quibus æqualiter vocati sunt filii, per testamentum subsequens, etiam instituto extraneo: quæ probat Guillel. Bened. Idem Bene. in proxim. cit. ver. testamentum, 2. num. 11. 12. & 13. Additque singulariter, Idem eo num. 14. nisi hæc quatuor concurrant, non posse dici reuocatum sine expressa derogatione testamentum factum prius inter liberos, etiam si testator prius illud cellauerit, *Suffragantur Angel. & Alex. in lo. nostram, C. de testam.***

11 ¶ Quia in eo testamento arbitratur interpretes contineri clausulam derogatiam ad testamenta sequentia, in quibus secundo loco est necessaria alia derogatoria clausula derogatoria: id est, si testamentum dicat testator, *velle esse suum vltimum, nec aliud vellet fieri, & si fecerit, presenti testamento ei derogare*, hoc est nolle sequens valere. Illa clausula facit, vt testamentum posterius tacite

non reuocet prius, nec aliter valeat, quam si in posteriore addita fuerit clausula, *non obstanti priore testamento, & clausula derogatoria, quam in quantum necessarium est reuoco, & ei derogo.* Ita est derogatoria derogatoria, quæ facit valere posterius testamentum, *tracta. hoc in leg. si quis in princ. de legat. 3. & ibi interp. Bar. & alii.* Si modo per singula reuocatio primi fiat. Non enim sufficit generaliter dixisse, *non obstante meo primo testamento, l. 1. §. si. & ibi Bald. de lat. lib. toll. C. gloss. in c. cum quidam 18. dist. gl. in c. 1. de constit. in 6. facit. l. si ita scriptum, de legat. 3. late Guillel. Bened. ubi sup. numer. 15. 16. 17.* ¶ Obserua hic conuenire inter interpretes iuramentum appositum in testamento de seruanda voluntate, vim habere derogatoria clausula: ideo si in primo ponatur, vel in secundo seu posteriore, perinde testamentum habendum est, ac si derogatoria clausula apposta esset, & eodẽ modo ei derogatur. Quod pluribus profertur & probat Iulius Clarus, in 3. li. §. testamentum 9. 94. & Guillelmus Bened. ubi sup. nu. 18. 19. 20. Vide & de clausula hac Guid. Pap. qu. 127. Paul. Castren. 281. in antiq. de ver. derogatoriis, vide d. Papa. cons. 64. inci. vltis duobus testamentis, & cons. 65. incip. vltis vltimatus, nu. 5. ver. item dicta dubia, quæ non recensebo, sed ad illum te recitiam, vt videas plura de clausula derogatoria testamentorum. ¶ Nota tamen pro foris obseruatione quod Salycetus tradit in l. fancimus, in 6. quæst. de testam. C. vt si ex iusta causa possit obliuisci testator prioris derogationis, quod potest generaliter reuocare eam in secundo testamento, per d. l. si quis in principio, in ver. sciens, de lega. 3. Aliter vero si testator est doctus, nec occasionem habeat ex tempore vel ægritudine obliuionis, necessariam esse derogationem specialem, per l. diui, §. licet, de iure codicil. P. & ita iudicatum, a refo senatus Gratiano po. 2. Aug. 1457. idem Pap. decif. 127. nu. 3.

De Præteritione Filiorum. Cap. 2.

Lib. 28. P. tit. 2.

- 1 Filii instituendi, vel exheredes faciendi, alioquin irritum testamentum illis præteritiis.
- 2 Præteritio quid, & quotuplex, & 3.
- 4 Præteritio filiorum dicitur si non instituantur, etiam si legatur illis.
- 5 Præteritio quæ sit, quæ rumpat testamentum. Exceptiones, nu. 12.
- 6 Præteritio de quibus personis fieri dicatur.
- 7 Præteritio iure civili & pratorio examinanda.
- 8 Legitima liberis an iure institutionis relinquenda, & an alio titulo relinqui possit.
- 9 Legitima supplementum impedit quærelam inofficiosi.
- 10 Institutio filii debet esse expressa.
- 11 Præteritio num rumpat testamentum, non conueniente præteritio.
- 13 Codicillaris clausula facit valere dispositum in testamento, vbi filius est præteritus. Præteritio filii in matris testamento non vitiat eius testamentum causa infortia eo.
- 14 Præteriti qui conueniri possunt, & seq.
- 15 Postumus quis rumpat agnatione testamentum.
- 16 Nepotes non sunt præterendi, sed instituendi vel exheredandi.
- 17 Adoptiui filii instituendi vel exheredandi erant.
- 18 Naturales tantum filii de præteritione paterna non possunt conueniri.
- 19 Filia dotata a renuntians non facit partem, nec admittitur ad partem intestati patris.
- 20 Parentes in testamento filii præteriti rumpunt testamentum. Et ibi de præteriti. Patroni.
- 21 Præteritio filiorum quando nullum testamentum reddit.
- 22 Testamentum nullum quando intra 30. annos a præterito dici possit.
- 23 Præteritione filii quare irritetur testamentum, rationes.
- 24 Successio aliquibus prouinciis tantum fuit ab intestato, si filii essent.
- 25 Institutio honoris est titulus.
- 26 Institutionis tituli in filiis vitiatas.

PLato libro 11. de legibus fanciuit, vt qui testamentum conscribit, primo heredem de filiis, quem putauerit dignum, instituat. Iure civili id ipsum comprobatur, & incidit in causam intestati ex facto testatoris testamentum, si in eo præteratur filius: nullius quippe momenti testamentum est, vt ait Papinianus, l. 1. de in iusto rupto. P. cum filius, qui fuit in patris potestate, præteritus est. Et Caius Iurisc. l. inter cetera, 30. de liber. prat. vel exher. P. inter cetera, inquit, quæ ad ordinanda testamenta necessaria des-

derantur. principale ius est, de liberis hereditibus instituendis vel exheredandis: ne prateritis illis rumpatur testamentum. Namque filio, qui in potestate est, praterito, inutile est testamentum. Iustinianus id probat & addit, patrem, si filentio in testamento filium praterierit, inutiliter testari: adeo, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo heres ex eo testamento existere possit, quia scilicet ab initio non constitit testamentum, §. 1. de exhered. liber. apud Iustin.

2. ¶ Ex quibus constat quid sit prateritio, nempe, vt sit silentium non expresse institutum, vel nominatim exheredari. Nam heres vel exheres quis nominatim fieri debet. ¶ Triplex prateritionis species ponitur, vna quæ proprie prateritio, de qua hic agitur, quæ rumpit testamentum. Alia impropria, cuius iterum duæ species, quæ habent prateritionis propriam formam, sed non effectum: vna est quæ permittit militibus, qui praterendo filios, censentur exheredare, propter facultatem concessam disponendi vt voluerint. l. milites, de testa. milit. C. Dum modo causam prateritionis testamento adiciant, non aliter, §. si in expeditione, de exhered. liber. Alia, quæ matris & aliorum per lineam maternam cõiunctorum, vt aui materni & proauis, qui si praterant filios vel nepotes, illorum prateritio pro exheredatione habetur, §. mater eo. ¶ Prateritionem dicimus ratione institutionis. Nam qui legatum vel fideicommissum filio reliquerit, nec instituerit non ideo minus dicitur praterisse, leg. sta. 27. §. qui rogatus, ad Senat. Trebell. l. si filia, 7. de li. & posthu. nam & legata vna cum testamento corruerant, vt nihil prodesse reliquisse, l. filio, 17. §. 1. de iniust. rup. P. le. Papinianus, §. si de inoffic. testam. P. l. maximum vitium, de li. prat. C. s. eadem, de exhered. li.

3. ¶ Sed videamus a quibus dicatur facta in testamētis prateritio, quæ necesse est in testamento. Et primam ex precedentibus liquet, prateritionem a patre factam filiorum, rumpere testamentum: non autem factam in testamento matris, nisi cum distinctione. Nam hodie mater, aut ascendentes per lineam maternam tenentur instituire vel exheredare filium, aliter prateritione nullum est testamentum, si prateritio fiat nulla inserta causa: quod si in testamento inserta sit causa legitima, eo casu prateritio habetur pro exheredatione, §. 1. Clarus, lib. 3. in §. testamentum, §. 47. Cornelus conf. 18. lib. 2.

4. ¶ Prateritio dicitur etiam fieri a descendētibz ascendētibz, vt exheredatio: quia succedant sibi inuicem, vt videtur eadem ratione, sed turbato ordine, le. nam & si parent. l. quæ, de inoff. testam. De fratribz vix admittitur questio prateritionis, nisi turpes personæ per mortuos fratres instituantur, in le. fratres, C. eo. l. 1. eo. P. de extraneis, nulla. ¶ Ceterum, secundum duo iura erit prateritio examinanda, secundum ius prateritorium, & ius ciuile. Iure ciuili tantum instituendi erant sui filii & masculi, vel exheredandi, non femina, vel emancipati. Prateritorium autem vtrisque subueniebat prateritis per bonorum possessionem contra tabulas, §. emancipatos, de exher. liber. l. 1. §. 4. de bono. poss. cont. tab.

5. ¶ Ius porro pontificium æquitatem habet, vt iufficiat quocunque titulo reliquisse filiis, ad hoc vt testamentum patris sustineatur, Guil. Bene. in c. Raynuitius in ver. in eodem testamento relinquens, num. 11 per d. c. de testam. At in formula relinquendi iure ciuili distinctio adhibenda, Pandectarum, Codicis, Nouellarum. Iure antiquo Pandectarum et si variaz sint sententiæ, aliquibus asserentibus legitimam filio relinqui debere iure institutionis, & alioquin prateritum dici si alio modo relinqueretur, l. si emancipatus, de bon. poss. cont. tab. le. ita tamen, §. qui rogatus, ad Trebell. P. l. inter cetera, de lib. prat. P. aliis alia sententiis: tamen resoluitur per plura iura antiquo iure potuisse relinqui legitimam quocunque relati titulo, l. qui filium, vbi pap. educ. deb. P. l. etiam, §. si debita parono, de bon. lib. de. ex. affe. ad leg. Falci. P. l. pater quoque, §. l. cum pater impuberi, eod. tit. l. Papinianus, §. si quis, de inoff. testa. P. dum modo filio relinqueretur integra legitima, le. cum quaritur, eo. Guil. Bene. vbi sup. numer. 7. In quo differat iure Codicis illud ius. Nam conueniant quidem, vt etiam quoquo relati titulo relinquantur, sufficiat relinqueri filio legitimam, le. omnimodo, l. sancimus, §. cum autem, de inoff. testam. C. vt euitetur prateritionis vitium. Sed iure nouo non ideo rumpebatur vt antiquo testamētum, si minus legitima quo relati titulo relinquantur, sed datur ad supplementum actio ex l. omnimodo, de inoff. testa. Cod. facit l. parentibus, eod. tit. Sed expresse in §. hæc autem disposuimus, vt cum de app. cog. In iure Nouellarum variatum & per Iustinianum: nam is iure institutionis relinqui primum voluit l. maximum vitium, C. de lib. prat. deinceps dictum sufficere vt quocunque relinqueretur titulo, amb. nouissima, eod. §. 1. de trien. &

semi. conf. it. Nouel. 18. Tandem autem, vt iure institutionis tantum relinqui posset, §. alind quoque capitulum, vt cum de appell. cogn. 15. An hodie relinqui debeat iure institutionis disputat fuffissime Andr. Bar. in c. Raynuitius pag. 15. & 115. Sufficit nihilominus si ex certis rebus filius instituat, hæc autem disposuimus, vt cum de ap. cog. glo. in d. amb. nouissima, in ver. tit. & ibi Baro. Bald. Pan. Cast. & Iaf. Imo verum est quocunque titulo relinqui posse in testamento facto inter liberos minus solemniter: cum tamen in solemniter iure institutionis tantum relinqui debeat, glo. in d. amb. nouissima, & gl. in c. si pater, in ver. b. instituit, de test. in 6. At in praxi & fere ex consuetudine generali Galliarum, iam receptum video ex æquitate, vt sufficiat filio aliquid relinqueri quocunque relati titulo, etiam si iure institutionis non relinquantur, secundum gl. in auth. nouissima, de inoff. testam. C. & glo. in §. tunc autem, in ver. testamento, eod. apud Iustin. per tex. in §. pater, de trien. & semil. in auth. & secundum Azon. in Summa. Et ita iudicatum in Senatu Burdegalensi, mense April. 1537. refert Papius, libr. 20. Rhaps. atest. tit. 1. are. 7. ¶ Remanet tamen ius Codicis in eorum, quod filius legitimam integræ iure institutionis non acceperit, nam non rumpitur ideo, sed agitur ad supplementum, etiam si in re aliena intestatus institutus sit, vel in quinque tantum solidis, Guil. Bene. vbi sup. num. 20. & 21. per gl. & Bar. in l. 3. sed vt cum, de mino. P. Institutionem hanc expressam dicunt esse debere interpretes, vt per verba instituto, relinquo iure institutionis: vt si verba institutionis adiciantur, illa non censentur iure institutionis dicta, & rumpatur testamētum, vt disputat Guido Papa. decif. 425. debet enim exheredatio esse alioquin in gradu, vbi prateritio, l. 1. C. de lib. prat. quia per fideicommissum non potest relinqui legitima, per d. §. alind quoque capitulum, l. ex facto, §. Lucius, & le. is qui, de vulg. le. ita tamen, §. qui rogatus, ad Trebell. Nisi & substituendo quis instituat, vt dicendo, institui & substitui. Guid. Pap. decif. 457. per le. scimus, §. cum autem, de inoff. testam. Vide de istis quedam alia apud Guil. Bene. vbi sup. nu. 37. & 38. Alioquin enim in primo gradu iuueniretur prateritus, & rumpere testamentum, §. eadem, de her. que ab int. defer. videlicet si velit agere. ¶ Nam si nolit conueniri de prateritione is qui potest, suo silentio inuitis etiam alius firmatur testamētum, vt valeat non obstante prateritione, siue is sit de descendētibz, siue de ascendētibz, vt disputat & probat Boerius decif. 96. ¶ Sunt & 10. casus excepti a Matthæo Mathesiano, 12. singul. 10. 4. & a Paulo Castrensi. ad leg. quoties, de hered. instit. & 27. exceptiones, in quibus valet testamētum factum a patre, quo institutus expresse non est filius, quos fuffissime & prolixè explicata quæstio & sequentibus, vt clausula codicillaris adiecta in testamento, in quo filius prateritus est, operetur, ne corruat testamētum prateritione, ita etiam plurib. probat. Iul. Clar. lib. 3. qu. 47. per clausul. Codicillare testamētum valere iure Codicillorum. & ceteri gratum prateritum venientem ab intestato, de restituenda hereditate institutio in testamento: nisi posthumus esset prateritus, de quo non cogitasset testator, p. ita, quia nondum natus, qui proculdubio non obstante clausula rumpit testamētum, vt idem probat ibidem. & nume. 252. resoluit matrem non teneri nominatim instituire filium, vel exheredem facere, quia non habet etiam in potestate: & ideo prateritionem matris non vitare testamētum, sed prateritionem haberi pro exheredatione, videlicet quado filius fuit prateritus causa prateritionis in testamento inserta, tali, quæ si vera esset, iusta haberetur & legitima, gl. in c. Quinque annis, de iur. iur. Aliter enim si prateritio fieret sine causa expressa, testamētum esset nullum, dicit §. alind quoque, vt cum de ap. cog. exceptio cal. l. 3. de liber. & posthu. C. ¶ Dicimus autem ex hac prateritione conueniri posse & nullum dicere testamētum, non tantum masculos, sed etiam feminas, l. maximum vitium, C. de lib. prat. & §. sed hæc quidem, de exhered. liber. abolita differentia iuris duodecim tabularum, de quo in §. 1. vers. sed non ita de filiabus eod. & retenta æquitate iuris prateritoriani, §. emancipatos, eod. ¶ Item & posthumos, quia prateritio vitiat testamētum, non tantum filiorum natorum, sed etiam posthumorum, qui aut heredes institui debent, aut exheredari olim, l. placet, leg. ideoque, de lib. & posthu. §. posthumi quoque, de exhered. liber. quia per natiuitatem posthumi rumpitur iure ciuili testamētum, & fit qui testamētum condidit & eum praterit intestatus, l. 1. de poss. hered. instituit. si modo nascatur mortuo testatore viuus, non abortiuus, quamuis excedat statim e vita, l. 2. eod. l. qui mortui, de verbo sig. l. quod dicitur,

dicuntur de lib. & posthum. & modo ad nullam monstrum natus declinet, l. quod certarum. C. de posthum. hered. instit. At quando viuo testatore, post testamentum in vbi præteritus erat, nascitur posthumus, & viuo eodem moritur, non officit, l. posthumus de iust. rup. P. non minus quam nati post testamentum, generaliter institutus, qui nasceretur, l. fin. C. de iust. de post. Et.

¶ Que dicuntur de filiis, eadem dicenda censentur locum habere in nepotibus, non prætereundis de medio sublati patribus, §. posthumorum. de exher. l. 1. & §. si. C. de lib. præter. Ideoque, quia sublati patribus post testamentum agnascuntur a quo primum gradum tenent, l. p. tit. 23. ne præteriti rumpere testamentum, lex Velleia, prospexit de formula illos exheredandi vel instituendi. Eiusque duo fuerunt præcipua capita, primum tractat de his, qui post factum testamentum superstiti adhuc patri adnascuntur instituendis vel exheredandis, l. Gallus, 29. §. nunc. de lege Velleian. de lib. & posth. Alterum de instituendis vel exheredandis illis, qui quidem nati sunt tempore testamenti, sed nondum qui sunt, fieri autem & in locum prioris succedendi, quasi agnoscendo rumpere testamentum possunt, d. l. Gallus, §. nunc videndum.

¶ Adoptiui liberi quandiu sunt in potestate patris adoptiui, etiam eodem iure videntur, vel instituendi vel exheredandi sint, ne præteriti rumpant testamentum: emancipati non vti que, §. 4.

¶ Quæmodum nec naturales tantum de præteritione conquirentur, quia instituere eos patres non coguntur, gl. in l. in vers. naturales de honor. poss. con. tab. Nota in l. hæc consultiatima, §. ex imperfecto, num. 7. de testam. Jul. Cla. lib. 3. q. 42. num. 4. contra, si legitimi sint, idem eo. qm. 42. n. 5. Et nota que sit. §. 4.

¶ De filia dotata & præterita dubitatum est, an in sola dote instituta, tanquam præterita rumpat testamentum, cum institutio nullus videatur in momenti, vel uti facta de re instituta, existente dote proprium eius patrimonium, non patris, l. 3. §. sed verum, de minori. Et placuit quibusdam posse in ea institui recte filiam, & institutam ita, non censei, gloss. in d. §. sed verum, in ver. patrimonium, l. 3. eo. P. Alex. consil. 177. nu. u. lib. 2. Imola ad cap. Raynutius, num. 9. de testam. præteritam. Et Guillel. Benedic. hanc saniores sententiam putat, ut sufficiat in dote accepta vel danda institui filiam, neque ei ultra necessariò relinquendam, Guillel. Bene. ad d. ca. ad ver. Alteroche filia ultra dotem, nu. 11. vido & Guid. Pap. consil. num. 3. & consil. 98. quia dos est loco legitima, & in legitima computatur, l. quoniam nonnulla, de inoff. testam. C. cod. 1. §. videamus, de rei vxo. act. nec præteritus dicitur, cui relinquitur legitima, §. aliud quoque capitulum, ut cum de app. con. leg. cum queritur. Sunt tamen qui contra trarium verius putent, & in aliquo modo supra dotem, & cum dote instituendâ. Ideo consulant, gl. in d. §. sed verum, & ibi Bart. Iulius Cla. l. 3. q. 44. ut instituatur, vel in decem imperatoribus, vel nostro more & consuetudine apud nos seruata in quinque solidis, vt secundum omnium sententiam valeat testamentum. Aduerte tamen quod tradit Guido Pappus, quæst. 29. §. 598. filiam dote contentam, quæ renuntiauit, & filium quietam renuntiauit bonis paternis cum iuramento, non posse conquiri de patris testamento, quod in eo fuerit præteriti, nec institui: quia non computantur in numerum liberorum, & habentur pro mortuis, quod ad successiōnem etiam intestati pertinet, nec faciunt partem, nec admittuntur ad partem, ad similitudinem filii exheredati, l. 1. §. si pater de coniung. cum emanc. l. i.

¶ Notat in super interpretes, filios quoque cum moriuntur, in testamento oportere in aliquo parentes instituere vel exheredare: alioquin præteritos rumpere testamentum hoc disputat Guid. Benedic. in ca. Raynutius, ad ver. in eo testamento relinquens, l. n. 248. & seq. de testa. Et liberos centenarios sine liberis decedentes, patronos: sed hos non rumpere, nisi pro parte sibi debita, testamentum, §. sed nostra, de sic. libero.

¶ Effectus omnia institutionis vel exheredationis necessitate est, vt ipso iure sit testamentum nullum, potissimum iure Pandectarum & Codicis, si filius suus præteritus esset, l. inter cetera, de liber. & posthum. P. l. 1. de iust. rup. P. cum similib. nam si emancipatus præterebatur, infirmabatur per bonorum possessionem contra tabulas, gloss. in §. exheredatos, in ver. voluit, de heredi. fide. & diximus in honor. poss. con. tab. Hodie iure nouissimo, ex causa præteritionis quoque paternæ, omnino annullatur, quamvis ex causa exheredationis pro parte tantum institutionis corrumpat, vel ratione præteritionis matris, quæ pro exheredatione habeatur, de qua intelligenda auth. ex causa, de lib. præter. C. non præteritione simpliciter, vt alibi docuimus. Imo hodie emancipatus præteri-

tus potest dicere testamentum nullum ipso iure, & filia, gloss. in §. 1. ad ver. vel omittunt, de inoff. testam. text. in §. sed hæc quidem de exhered. libe. in l. maximum vitium, Cod. de lib. præter. Scio tamen in contraria sententia plures esse, qui dicant testamentum, in quo filius præteritus est a patre, rumpi tantum quod pertinet ad institutio nem, cetera autem firma manere: quia peccauit tantum in institutione, & in ea puniendus tantum sit, ita sentit Guillel. Benedic. vbi sup. num. 230. & 23. plures eius sententia asser. refer. Jul. Clarus, lib. 3. in §. testamentum, q. 52. nu. 2. & q. 54. quis ita seruari ait in praxi, per dictam authentic. ex causa. Sed ego docui authenticam illud non probare, si conferantur §§. ex quibus summa est, sed tantum loqui §§. de præteritione matris. Verumtamen opinor sententiam in praxi posteriorem seruari, non ex iure Nouellarum sumtam: sed vel ex æquitate, vel ratione clausulæ codicillatis, quæ ass. let poni vel subintelligi in testamentis, cuius vis testamentum, quod sine ea omnino erat nullum, sustinetur iure codicillorum. Ita concurrentibus duobus fauoribus, nempe ex vna parte eorum, qui institui in aliqua portione debent, quod pro legitima debeatur aliqua pars in bonis decedentium: & ex alia, testamentorum fauore quæ multis rationibus conseruanda sunt, temperamento quodam vtendum fuit, vt ne præteriti remanerent sine remedio, neve testamentum voluntatis omnino inuenterentur.

¶ Et notant interpretes, Bald. & Angel. in leg. filio præterito, 22. de inoff. rup. P. Ioan. ab Imol. & Raph. Cuman. in le. si filius qui in potestate, de lib. & posthum. contra sententiam Bartoli, in d. le. filio præterito, filium præteritum per 30. annos habere ius dicendi testamentum nullum, & ita iudicando seruari ait Guido Pap. quæst. 426. num. 2. & 597. Si tamen decesserit, antequam dicat testamentum, vt concludit Ioan. Ferratiensis cum distinctione, in forma libelli quo petitur hereditas ex testamento super verbis, ac realiter & actualiter introducat.

¶ Porro rationes, cur præteritione testamentum infirmetur, quod pertinet maxime ad liberos, prima est: æquum non esse, vt liberi quorum causa omnia parantur, extraneis institutis, contententur in merito: quod veneranda obseruauit æquitas, arctissimum procreationis vinculum inter homines rata. Quod nec Iulianus Pompeii Magni familiaris, nec Sextilius & Publius Pupilius, heredes a M. Anco instituti, ignorarunt: quicquid hereditatem filio M. Anco Coriolani exheredato, Val. Max. lib. 7. ca. 7. Lataque est Calpurnio Pifone præfecto vrbis constitutio, de liberis ita impie non exheredandis: idemque sancitum Æmili Lepidi decreto, Idem eod. Videturque obitus iustitius vel naturæ paternæ, qui filiorum mentionem instituendo non facit: naturaliter namque filiis parentes provident, ne vnum illis fiat bona defutura, vt ait Chrystantas apud Xenophontem, li. 8. Cypriæ Et ex voto omnia illis parant, l. pe. de bon. liberto. P. ratione distante naturali, l. cum ratio, de bo. damnato.

¶ Obseruatumque aliquando antiquitus, ne liceret heredem extraneum instituere, nisi deficientibus descendentes, vt scribit Plutarchus, in Solo. Et Apud Athenienses sola successio erat legitima, quibus Lycurgus præstauit, patrem filio relinquere successiōnem. Contra quam legem cum Epitades, suborta cum filio contentione, rogationem tulisset, vt liceret cuique & domum & hereditatem cui libuisset relinquere, cumque ei ceteri cupiditatis gratia idem facientes obtemperassent, experimento didicerunt Epithadis legem labefactam reipub. causam fuisse: & ideo absoluta est ab Ægide prior restituta, Idem in Ægide. Recaredus Gothorum rex Leuulgildo patre melior, pius & optimus, in ipsius regni sui exordis catholicam fidem adeptus, æra 635. vt ait Procopius, lib. 8. histor. & alii, Franc. Tarapha, de regib. Hispanie, in Recared. Ioan. Magn. in Gotbo. Historia. lib. 16. cap. 10. anno Domini 576. legem hanc de hoc statuit pulcerrimam lib. 4. Cod. legum Wisigoth. titu. 2. l. 20. Omnis ingenuus vir atque femina, siue nobilis siue inferior, qui filios aut nepotes aut pronepotes non reliquerit, faciendi de rebus suis quicquid voluerit, indubitanter licentiam habebit: nec ab aliis quibuslibet proximis ex superioribus vel transuersis venientibus, poteri ordinatio eius in quocumque conselli. Quia recta linea decurrens, non habet originem qua successione natura hereditatem possit accipere. Ex intestato autem iuxta legum ordinem, recte sibi hereditare poterunt successiōnem. Ergo quia opus est filiis relinqui legitimam saltem a lege debitam, leg. si arrogator, de adopti. P. l. cum ratio, de bon. damn. non potest facere testator vt suo silentio filius ea priuetur, l. nemo potest, de lega. 1. fieret autem, si testamentum flaret: cum nemo pro parte testatus & pro parte intestatus decedere possit, l. vix nescimus, de reg. iur.

¶ Sed 2. cum tanta sit constantio & parentum in liberos affectio, vt nulli alterius amori postponatur, l. consilio. de cura. furio. C. titulo honorabili relinqui debet, qui in institutione est, notatur in l. filium, de leg. a. prest. Nulla enim alioquin, vel modica habebitur gratia a filio patri, si quolibet alio sine honore titulo relinquat legitimam, quam eo iuuito habere potest. Et tunc fit, vt pater naturalem filium non teneatur instituire, cum ei in bonis patris non debeatur legitima, l. uxorem, §. pater, de leg. 3. gloss. in l. 7. de bon. poss. con. tab. Et hac eadem honoris ratione concludunt interpretes, Guill. Bened. ad cap. Raynuius, ad ver. in eodem testamento relinquitur, l. num. 248. 249. 250. 251. instituendos a filiis parentes raulte magis, quia filii honorate illos tenentur, Exod. 20. D. Marc. 7. l. 2. de inst. & iure, P. Facit §. hæc autem dispositum, vt cum de app. cog. in nouel. consti. 115. vbi hæc verba scripta sunt notabilia. *Sola est nostra serentatis intentio, a parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exheredationis auferre. Considerare namque debent parentes quia & ipsi filii fuerunt, & eadem a suis parentibus sperauerunt. Et similiter qui nunc filii sunt, debent studere parentum animos sanare, quia & ipsi parentes fieri desiderant, & a suis filiis optant honorari.* In quibus verbis nota præteritionem dici iniuriam, & institutionem honorem: vt in l. filium, de legat. prest. Et apud Valer. Maximum in princ. 7. lib. 7. loquentem de testamentis: *Quæ uel ad alios, quam qui expectabant honorem hereditatis transferunt.*

¶ Tertia ratio ab uilitate filii trahitur, quia dum portionem legitimæ capit nomine institutionis, etiam in re aliqua, tanquam heres, potest, si institutus coheres vel alii repudient, ius ex testamento colligere iure accrescendi, l. fin. §. si ex fundo, de her. insti. P. quod non fieret, si alio titulo acciperet. Quarto, liberi præteriti non possunt, quia lege necessarii heredes sunt, §. 2. de her. qual. & differ.

De Exheredatione liberorum. Cap. 3.

Lib. 2. Instituti. Lib. 28. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 28. & 29.

- 1 Exheredatio quid, & exheres quis.
- 2 Abdicatio quid, & quomodo differat ab exheredatione.
- 3 Exheredatio duplex proprie & improprie sumta.
- 4 Exheredatio proprie sumta, iusta & iniusta est, & quæ utraq.
- 5 Posthumus exheredari non potest mala mente. §. 17.
- 6 Exheredatio infamiam quomodo contineat exheredati.
- 7 Ingratitudinis causæ ad exheredationem legitimam filiorum, parentum & fratrum, §. 8.
- 9 Donatio ex quibus causis ingratitudinis reuocari possit.
- 10 Exheredatio a quibus fit.
- 11 Exheredatio quomodo, & qua formula fiat. Et sequentibus.
- 12 Exheredatio an ualeat sine causæ expressione.
- 13 Et talis facta sine dicta expressione inutilis, etiam si heres uelit probare ingratum filium.
- 14 Ingrati penitentiam agentes & reconciliati uel religiosi facti, exheredari nequeunt a patre. Remittitur & pacto efficaciter ingratitudo eod.
- 15 Prodigio interdicitio bonorum facta tollitur tantum per iudicis contrarium iudicium, uel si per triennium postea probe administrat suus prodigus.
- 16 Exheredatio faciendâ est ab omnibus gradibus institutionis & substitutionis, & quomodo fiat.
- 17 Exheredari qui debeant, uel possint.
- 18 Exheredationis finis, effectus, & rationes, §. nu. 19. & 20.

Diximus superiore capite, instituendos uel exheredandos filios in testamento, linter cetera de lib. & posthum. P. §. 1. de exher. lib. si illud uelimus conseruari, præteritioneque testamentum subruere ostendimus: nunc, exheredationem iustam sustineri, iniustam autem tollere uim testamenti, & quomodo tollat, docendum est. Exheredatio, est priuatio iuris succedendi in portione de bita per legem in bonis testantis post eius mortem, colligitur ex leg. si patronus testamentum, §. si quis non mala mente, & leg. Paulus, 2. de bon. liber. Quæ filiis maxime competi fuitio, & illis postea, quibus ius quodammodo successione in uiuentium bonis est. Exheres enim, qui extraneus ab hereditate fit, demonstrat antea ius sibi fuisse. Priuatio enim præsupponit habuisse, l. decem, de uerbo. oblig. l. Iulianus, de dinori. Filii uiuentibus parentibus quodammodo condomini bonorum paternorum sunt, l. in suis, de liber. & posthum. l. in suis, de suis & legiti. P. & sui & do-

mestici heredes, §. sui autem, de hered. qual. & differ. & dicti particeps bonorum apud Terentium, in Heantoni. a Menedemo.

Neq. fas est me uoluptate frui, nisi ubi ille huc saluus uenerit.

Mous particeps.

¶ Differt exheredatio ab abdicatione, quæ Græcis familiaris, & dicta ἀποχρησις, abdicatio a familia, quia ea fiebat in uita patris: exheredatio, post mortem. De abdicatione legitur apud Plutarchum in Themistocle, & de ea pluribus sæpe uerbis rhetores in uimbratilibus declamationibus agunt, & Alciatus, libr. 2. de spunt. c. 28. Uir parunt & aliquando abdicationem Romani in summa paupertate, cum filios alimenta præstare nequibant. Scribit namque Dion. Halic. lib. 2. antiq. Roman. Romulum necessitatem tantum colonis imposuisse, educandi ex prole quocumque esset masculinum, & e filibus primogenitas: reliquam uero prolem exponi permisisse, potissimum si ad monstrum accederet, aut mutilum quid haberet, post triennium habito iudicio quinque uicinarum proximorum, si proles exponenda esset. Vocant & leges hanc abdicationem etiam, quæ faciebat ἀνάτοπος filios, ἀνάτοπος, quasi denegationem paterni nominis, quam improbarunt Diocletia & Maxim. l. abdicatio, §. & le. pen. de pat. pot. C. iura enim sanguinis nullo iure dirimi possunt, l. iura sanguinis, de reg. iur. P. ius autem cognationis, de pac. P. non secus quam quæ facta sunt pro infesto haberi nequeunt, in bello, §. facta, de capt. & post. reuer. P. Fiebat tamen abdicatione more Græco alio modo, dum ex Piraci, Solonis, Charundæque legibus licebat filii contumacem non necesse, ut Romanis erit permillum, afficere, sed letius habere exheredare, domo uel pellere, Dio. Halic. d. l. 2. Cum tamen genehaber exheredare sit reicere aliquid, a se dimittere, ut se abdicare magistratu & officio, pro depositione magistratus recte dictum est, l. 2. §. cum placuisset, de orig. iur. leg. penul. de offic. præsid. P. ¶ Exheredatio alia est improprie dicta, alia proprie. Improprie, si is qui necessarius non erat instituendus, exheres dicitur: ueluti, si frater, si spiritus, uel alius cui legitima non debetur, ut in le. quidam cum filium, de uerb. oblig. gl. in l. 1. de bono. poss. con. tab. P. Præteritio tamen filii in testamento matris accipiendâ est pro exheredatione, §. mater, de exher. liber. ¶ Proprie exheredatio ea est, quam ante definiuimus, eius cui legitimam tenemur relinquere. Et ea duplex iterum est iniusta, & iusta. Iniusta est, quæ sine causâ legitima aut non legitima fit: iusta contra, quæ cum causâ iustam in officio filii testamenti querela emendat, & rumpit testamentum in institutione, aut ex causâ de lib. præter. C. de inoff. test. ut dicemus Deo fauente. Iusta defendit contra filii querelam testamentum, de qua hic. Causæ & res quæ exheredationem iustam faciunt, quæ sunt pro materia exheredationis, in genere sunt, uel sine nota, uel cum nota exheredati. Sine nota, quando pater propter filii exheredati uilitatem, eum exheredat: ueluti si impuberem exheredat, & tamen postea fideicommissariam relinquit eidem hereditatem, l. p. in l. multi non nota, l. 8. de lib. & post. hu. P. l. si patronus testamentum, §. si quis non mala, & l. Paulus, de bon. lib. P. cum simili. Cum nota est, si quis ob delictum & ingratitudinem exheres fit, ut in l. 1. 2. 3. & simili. de lib. & post. hu. P. Exheredationes quæ causam iustam non habent, ob quam priuatio fiat hereditatis, iniustæ & reprobatæ sunt. ¶ Et proinde emendatum est ius antiquum quo licebat posthumos exheredare, in leg. si quis posthumus, de lib. & post. hu. & alios liberos ex arbitrio: indignum enim uisum est, ut qui natus adhuc non est, quive nullo modo male meritis uideri potest, de successione ei beneficio naturæ & legis delata, detrudatur sine causâ, leg. si quis in suo, §. 3. §. si de inoff. testa. C. §. sed famini, de exher. l. in P. l. §. fin. de lib. præter. Causa non licet eod. Atque præscriptæ sunt præcipuæ causæ, ex quibus tantum exheredatio fieri & priuatio legitimæ possit, nouella Justin. in §. causas, vt cum de appell. cognos. ¶ Præsumitur autem semper exheredatio facta mala mente, & notæ causâ, si de contrario aperte non liqueat, l. in testamento centurio, de manu. testam. P. Bald. in l. liberis, C. de oper. li. Ange. in le. si tibi, §. si patius, de pati. P. & semper præsumitur male meritis exheredatus, & turpiter & flagitiose uiuere, l. si filium, C. de inoff. testa. Notam dicitur continere hæc exheredatio, nempe ob delictum, Et quamuis ea, quæ patet testamento suo filios increpans scripsit, infames filios iure non faciant: tamen, ut ait Alexander Cæsar, apud bonos & graues, opinionem eius, qui patri displicuit, onerant, l. ea quæ pater, 17. ex quibus causis, in su. irroget. C. Et uerecundiam onerant ea, quæ si per sententiam iudicis cognoscere tur, infamiam iuris adferent, l. uerbum precibus, 17. eod. iur. & qui. can. in su. irrog. l. 2. de obseq. a. h. uel si. par. uel

vel patre proff. P. ¶ Causse exheredationis iustæ liberorum 14. sunt. 1. Si quis parentibus suis manus intulerit, 2. Si gratem & inhonellam iniuriam eis iniecerit, 3. Si eos in criminalibus accusaverit, quæ non sunt aduersus reum, vel principem. 4. Si cum maleficis hominibus ut maleficus versatur. Et reliquæ aliæ, quæ enumerantur in d. §. causas, quas verbis his concludunt.

Bis septem ex causis, exheres filius esto.

Si patrem feriat, vel maledicatur ei:

Carere detrusum si negligat, ac furiosum:

Criminis accuset, vel patres infidias:

Si dederit damnum grave, si nec ab hoste redemit:

Si testari vetet, se societate malis:

Si mimos sequitur, vitiatur, cubile paternum:

Non orthodoxus, si hanc meretur.

¶ Iustæ porro exheredationis parentum causæ, quibus a filiis exheredantur, septem enumerantur ab eodem Iustiniano, §. si quidem, & §. si talis, ut cum de app. cog. Tres autem, quibus frater exheredat frater etiam turpi persona instituta, de quibus in §. ingratitudinis, de nupt. in auct. ¶ Ceterum obseruandum est, & alias ob causas, quam in prædictis iuribus enumeratas, posse personas filiorum, parentum, fratrum, exheredari, si in illis eadem vel similis sit ratio cum ceteris expressis, vel si maiores vel grauiiores sint ingratitudines, §. porro, qua sit pri. casu. benef. amit. §. ibi Aluar. Angel. in leg. lex Cornelia, ab initio, de iniur. P. Bald. l. solo, de libe. caus. Quæ admodum de donatione dictum est, ut licet certæ ingratitudinis eius causæ enumeratæ sint, tamen aliæ similes vel grauiiores aniam renouandi dare possunt, gl. in l. si in ver. voluerit, de veno. dona. C. §. ibi Cyn. & Salyc. Ideo quæ iusta visa est causa ingratitudinis & exheredationis liberorum Orientalibus Iuriscōsultis apud Constantinum Armenopolim, l. 5. Prompt. iuris tri. 10, si ex diurno morbo decumbentibus ipsi parentibus cum vocarentur, ope sua eos dignari noluerunt. Et a Lactantio, lib. 5. diuina. Instituti. c. 19. filius perditus & impius existimatur, qui patrem suum derelinquit, nec illi obsequatur. Ob eamque causam dignus putatur qui sit exheres, & eius nomen in perpetuum de familia deleatur. ¶ Exheredatio fit ab illis, quibus ingratum succedere possint, non ab aliis: a parentibus, filiorum: a filiis, parentum: a fratribus, fratrum, ut proxime diximus. Addit autem aliam, quæ a iudice fit, Guillem. Bened. in ver. in eodem testamento relinquentes, 2. nu. 46. ad ca. Raynuius de test. quando inquit iudex post mortem patris interdicit bonis filio prodigo, quem pater poterat ob id exheredare, le. si furiosus, de cura. furio. P. Efficitur enim tanquam exheres, quia de bonis nequit disponere vel contahere, leg. is cui, de verbo. oblig. P. videndus text. §. ibi gl. & Pano. ad ca. ex parte vestra, de consuet. Exstat istius exheredationis exemplum apud Valerium Maxi. l. 3. cap. 5. de Q. Fabii Maximi Allobrogeci & Imperatoris clarissimi filio, cui Q. Pompeius prætor vrbæ cum bonis paternis interdixit: neque in tanta ciuitate, qui illud decretum reprehenderet, inuentus est. Dolerent enim homines ferebant, pecuniam quæ Fabie gentis splendori seruire debebat, a legitiis disici. Et quem nimia patris indulgentia herede relinquerat, inquit, publica seueritas exheredauit. Sed opinor hic non proprie posse commodari titulum exheredationis. Quamuis enim non possit prodigus res suas alienare, tamen eas possidere dicitur, & hereditatis relicte capax est, & factionem habet passiuam testamenti.

¶ Neque conuenit hic formula, qua exheredatio filii vel filie nunc primum in testamento tantum, non in codicillis, le. non codicillum, C. de testam. §. codicillis, de codicill. apud Iustm. Et nisi 2. nominatum, §. 1. & §. sed non ita, §. de form. iur. §. sed prator, §. sed hac quidem, de exhered. l. l. fin. C. de lib. prat. id est, nominando filium, qui exheredatur, ut possit sine dubitatione cognosci, vel per proprium nomen, vel agnomen, vel cognomen, l. 1. de lib. & posthum. de agnominib. §. cogn. Roma, tractatus. Tit. Probus in epito. lib. 10. Valer. Maxim. vel per demonstrationem certam, ut si filius vnicus sit, filius meus exheres esto, l. 2. de lib. & posth. P. idem in posthumo. l. 3. §. nominatum, de iur. rup. P. vel, non nominandus filius: vel, ex Scia natus exheres esto, l. 3. de lib. & posth. P. vel, ceteri omnes filii filiaque mee, exheredes sunt, leg. Titius testamento, eod. Idem idipsum de posthumis olim exheredandis dictum erat, in l. 5. de iust. rup. P. 2. Pure etiam exheredatio faciendâ, non sub conditione etiam potestatiua, leg. 3. pure, de li. & post. §. ibi interp. Bar. Paul. Alex. & l. si quis Sempronium, & leg. iam dubitari, de herede. insti. l. sub conditione, de bonor. poss. com. tab. P. nisi, inquit interpretes, cum filius instituitur sub conditione casuali, & in defectum eius exheredatur, l. si pater, & iam dubitari, de insti. sub. sub cond. fact. C. vi.

de Ar. in summ. de libe. prat. vel agatur de filio nascituro, l. 1. §. sed & si incertum, de vent. in posse. mitem. 3. Requirit exheredatio valida, ut fiat consulto, non temere, aut calore iracundiæ: aliter non valet, etiam citm iusta causâ, leg. filiam, Cod. de inoff. testa. §. ibi Bald. Sal. & l. si. Quæ admodum nec alii actus iracundiæ promouente gesti, rati sunt, leg. quicquid calore, de reg. iur. c. si quis irascitur, 2. q. 3. gl. in c. ex literis, de diuor. Et vt ait Paulus, Quicquid calore iracundiæ fit aut dicitur, non prius ratum est, quam per seuerantia apparuerit iudicium animi fuisse, l. 3. de diuor. l. b. 24. P. ut. 2.

¶ Proinde 4. loco exigit iusta exheredatio intentionem causæ legitimæ, ob quam exheredatio fit. Arque ita expressio est de forma substantiali, auct. non licet, de libe. prat. C. §. ad optinui, de exhered. lib. quæ, num sufficiens causâ sit, leges postea docent. At num ea vera sit, onus est probationis ad heredem pertinens, qui eam legitimis testibus, & omni exceptione maioribus docere debet: alioquin pro filio præsumitur, l. omni modo, de inoff. testa. C. Excipit tamen Guillem. Bened. casus quosdam, in quibus expressio causæ exheredationis omiſsa non vitiat eandem, Guil. Bened. in c. Raynuius, ad ver. in eodem testamento relinquentes, 2. nu. 18. & seq. Primum, si mater cum videret maritum suum prodigum, filium exheredauerit, sed rogauit institutum, ut cum sui iuris filius esset, ei restitueret hereditatem cum fructibus, verita ne pater hereditatem depopularetur, cum ad eum vñs fructus ex persona filii peruenturus esset, l. 1. C. de bon. mater, & pro hac sent. stant, Bar. Ang. Imo in l. cum ex filio, in princ. ad Trebel. P. Bald. in auct. bene. causa de libe. prat. Et hæc exheredatio est non mala mente, sed favore filii nota facta admittenda, l. multi non, de li. & posth. P. l. i. filius matrem, C. de inoff. testa. Secundus casus, quando filius confensit in testamento exheredationi paternæ, & subscripsit: non enim alia exigitur causæ expressio, l. non putauit §. si quis sua manu, de bon. posse. com. tab. Etenim volenti iniuria non fit, l. 1. §. v. que adeo, de iur. P. le. nemo de reg. iur. l. 3. §. si quis volentem, de li. bon. exhib. cum simi. Et hoc expressæ præteritionis argumento firmatum videtur in l. filio præterito, 18. de iniusto rup. P. Tertius casus est, ut expressio causæ non requiratur in exheredatione eorum, qui sunt in primo loco seu gradu: ut si exheredatur pater, nepos, Bald. in l. si pater filium, 11. col. de inoff. testamen. P. vide Bened. vbi sup. nu. 21. Idipsum 4. casu verum in exheredatione fratris, Bar. in l. fratres, C. de tranſ. mol. Salyc. & Bald. ad l. filio præterito, de ini. rup. Ut pater mox ingressurus religionem, & de ingressu cogitans, possit sine causæ expressione filium exheredare, Benedic. vbi sup. nu. 24. Sextus, in patre exheredante filiam, statuto vel conuoluto a iucessione exclusam, Idem num. 15. Bald. in l. posthumus, §. si ex his de inoff. testam. Idipsum obtinebit, si remuneratione pactita excludatur, propter ea, quamuis, de pact. in Sex. & si agatur de filio bannito, seu deportato, vel aliter incapaci successione, cum habeantur pro extraneis, quos etiam exheredare tidendum est, l. quidam cum filium, §. in eo autem, de verb. oblig. P.

¶ Extra hos casus, requiritur causæ expressio in exheredatione: neque auditur heres, si vbi non est expressio, voluerit excipere contra filium de ingratitudine, quam probare potest commissam, quamuis contrarium tueatur Angelus, in §. ingratitudinem, de nup. in auct. & contra Angelum defendit Bened. vbi sup. nu. 26. Quia remissa censetur iniuria quæ pro parte a testatore obliuioni data est, & dictus §. causas, expressio nem nominatim exigit. Vnde heres non poterit Camarinam, vel bene conditum malum mouere, aut obficere ingratitudinem, arg. l. si. C. de reuoc. don. Sed neque causâ sola, propter quam filius exheredari iuste a patre potest, repellit eum a petitione legitimæ, l. in aram, C. de inoff. testam. ¶ In hanc sententiam duo notabilia adfert Guillem. Bened. vbi sup. nu. 39. 40. & 41. de personis ingratiss, ut non possint exheredari si poenitentiam delicti admiserint, & patri & Deo satisfecerint: pluraque exempla perpulera de poenitentia effectum refert, quæ non transferam. Accedit quod per ingressum religionis, ingratitudo purgatur, ut filius exheredati non possit, in ca. fin. 19. quæst. 3. Aliud notandum, ut si post testamentum factum, cuius tempore filius erat ingratiss, pater remiserit ingratitudinem, pacto, vel reconciliatione, §. fin. de iur. l. non solum, 11. §. 1. l. sed si vnus, 17. §. si ante iudicem eod. tit. P. ea non officiat filio, ut textus factæ paginae in filio prodigo a patre reconciliato, nos docet Luc. decimo quinto. Imo si post ingratitudinem filius notabilem gratitudinem exhibuerit patri, tollitur nota ingratitudinis & effectus, Bald. in l. si liber, de inoff. testa. C. Jason, in l. hoc iure, 19. C. de iust. & iur.

¶ Sic contrario & posteriore actu, ipso iure tollitur præcedens.



de æquitate suadet audiri has personas verecunde de officio patris & patroni conquerentes, & contra etiam, si isti decident ab officio: ideo eorum accusationes querelæ dicuntur, in l. 2. de iis qui sunt sui vel alii. iur. P. l. 1. § hoc autem, cum 2. verbi. seq. de offic. prof. urb. Itaque controuersia in officio testamenti, dicitur querela potius & modo istius, quam accusatio: cum tamen accusatio sit, l. posthumus. 6. § si quis instituta, de inoff. testam. ¶ In officiosum testamentum dicere nihil aliud est, quam allegare quare exheredari seu præteriri a matre quis non debuit, vult Marcellus, in l. 3. eo. P. id est, docere immerentem: & ideo indigne præteritum, vel etiam exheredatione submotum, l. nam & is. § huius, eod. ¶ Quo fit, ut is qui agit de inofficio, si non obtineat, priuari debeat omnino emolumento, quod ex testamento impugnatu consecutus erat, & illud deferatur fisco tanquam ab indigno ablatum, l. Papiianus, § 8. § meminisse, eod. P. l. si patris, de bonis liberti. P. si vlt. que ad sententiam in iudicio lite improba perseverauerit: non etiam, si ante sententiam desistit, d. §. meminisse, l. si de eo quod cor. loc. P. § l. si cum §. 1. de eo quod met. cau. l. hoc edito, de publicia. Saluis tamen etiam agenti & non obtinenti aliis, quæ extra testamentum a testatore habuerat, vel donatione inter viuos, vel detis constitutione, quæ nihilominus a succumbente vindicantur, l. etiam §. 11. de inoff. test. P. Sed & is qui nomine alterius, puta tutor pupilli, vel curator minoris, in officio querela non priuatur relicto sibi in testamento impugnatu, etiam non obtinuerit, l. aduersus, 30. § debitor, eod. §. si tutor, eod. apud Iulianum, l. tutorem, de his quib. ut indign. l. cum quidam, de adm. iur. C. officium enim suum necessarium nemini gerenti debet esse damnosum, l. sed si quis ex §. 6. gnatoribus, quem, i. ff. ape. P. ¶ Quaduplicem videtur Azo conseruare querelam in officio, ut ratione persone quibus datur summa Nam inquit, inter patrem & filium, dicitur pietas, l. pen. de obseq. a lib. & liberti. par. & pat. præst. inter patronum & libertum, obsequium, l. officio, de nego. gest. inter Deum & homines, religio, l. vlt. de iust. & iure, P. inter hominem & alium quemlibet, beneficium, l. seruus ea lege, de ser. ex post. P. Ideo contra hæc diuersa officia commissa, in officio dici possunt diuersa.

¶ Sed illud non placet, & in officio querelam generaliter vnam esse censere, quando peccatum est contra officium instituentem vel exheredantem: non si contra alia officia. Nam sequeretur amicos necessarios instituentos, quorum gesta ex officio amici geri dicuntur, l. i. man. da. P. Contra officium pietatis in officiosum testamentum dicitur, in reliquo recte factu testamento, l. 2. de inoff. testam. P. Ut intelligamus etiam fraternum testamentum ex connexione quodammodo pietatis, & certis de causis, hoc nomine contineri, l. fratris, C. eod. Materia & res, de quibus hic contendentur, hereditatis nomine continentur.

¶ Nam portio hereditatis est ea, de qua querela instituitur, non autem res singularis: quia superiori capite diximus, iure institutionis, id est, iure heredis, filius & alius personis, quibus debetur legitima, hodie relinqui debere quartam partem seu legitimam, abrogatis iustibus contrariis, l. quales §. igitur quartam, cum similit. de inoff. test. apud Iulianum. Et dicitur quarta bonorum pars, que a testatore relinquenda est, in l. cum quaritur, §. 6. C. eod. Et hoc modo filia præterita a matre, ad successionem eius citra inofficio querelam aspirare non potest, l. filiam præteritam, §. 1. C. eod. nec contra mater a filio præterita, sorore instituta, l. cum filium tuum, C. eod. ¶ Controuertitur in inofficio querela, quando contra testamentum proponi possit, & si proponi possit, num in illo quis immerito vel inique exheredatus est. Ergo sciendum est agendi prius, quæ tabulæ impugari possint. Nam militis testamentum non patitur hanc querelam, si militari iure conditum sit, l. de inofficio §. 9. l. testamento, §. si. Aliter enim in veterano, qui desit militare, vel post annum a tempore militiæ mortuus sit, sancitum est, l. Papiianus, §. Papiianus, de inoff. test. P. Neque etiam aduersus testamentum fratris, sororis, patris vel auunculi, amix vel matertera, proponitur, l. fratris, 21. eo. C. nisi scripti heredes infamix, vel turpitudinis, vel non legis nota macula aspergantur, vel liberi sint non bene merentes ex maximis beneficiis. Quibus casibus tantum fratres consanguinei agere possunt contra tabulæ de inofficio, non etiam uterini, l. fratres, 27. eod. Et quamuis ab intestato, differentia inter uterinos & consanguineos sublata sit, amb. cessante, de legit. hered. C. tamen in hac questione odiosa, non sunt æquales, §. in d. l. fratres, ad ver. accantur. Ita aduersum aliarum personarum quam descendendum vel ascendendum & fratrum consanguineorum testamentum, in officio querela non proponitur, l. i. de inoff. test. P. Sed & aduersus testamenta earundem,

oportet videre num subsistat: quia validum, excepta causa inofficiosa, esse debet, l. 2. eod. Et ex eo adita requiritur vt sit hereditas. ¶ Nam ex hereditatis aditione nascitur querela, l. Papiianus, §. si conditione, eod. quæ proponitur contra scriptos heredes, vel aduersus fideicommissarios vniuersales, perinde ac si pro herede vel pro possessore possideant, l. 1. l. si heredum, l. cum duobus, & l. cum filium, l. si maritus, eod. C. Nec habetur ratio dignitatis heredis, vel conditionis, l. Papiianus, §. si imperator, eod. P. Nec interest siue sit ex liberis, vel ex extraneis, vel ex municipibus, l. pen. ver. quantum, eo. P. ¶ Et tunc inter illas disputatur, num iusta sit exhereditatio, vel iniusta: & num causæ sint sufficientes an vero illegitimæ, vt indagatur in l. in arenam, l. cum te pietatis, §. in l. filiam in orbitate, 20. eod. C. Et rursum si legitime sint, an illas commiserit exheredatus, l. 3. §. 2. eod. P. l. si maritus, 22. l. liberi, 28. §. si autem, eo. vel si non commiserit, an inconsulto calore fuerit exheredatus, l. si filiam tuam, 19. de inoff. test. a. C. & ibi Bald. & Iason. aut si cum consilio, num ob vtilitatem exhereditati fiat exhereditatio. Nam cum non notæ causa facta sit testamentum sustinetur, nec admittit querelam, l. filius matrem, 25. §. sequen. & l. si pater puellas, 12. C. eod. l. multum non nota, de inoff. test. P. Quod enim fauore filiorum inducitur, non debet in odium eorum retorqueri, l. quod fauore, de leg. 3. C. ¶ Proponitur porro ab exhereditato querela, sed de probatione num iusta causa numve ingratus fuerit filius, vel gratus, dubitatum est a quo fieri debeat an a filio, vt probet se gratum, an ab herede, vt probet ingratum filium. Et legè quidem Constantini liberi exhereditati præsumebantur ingrati, nisi se gratos ostendissent: & contra exhereditati ascendentes, grati existimabantur, nisi heredes docuissent ingratos, l. liberi, 28. de inoff. test. C. Ex Iulianiani tamen constitutione contrarium statuitur, & oportere argui ingratos, si testator eos ingratos dixisset, l. vlt. modo, 29. eod. Quod certe æquius est, cum quilibet præsumatur bonus & gratus, nisi de contrario doceatur, l. merito, pro soc. P. ca. si de institut. Item odia constringi conuenit, eod. de reg. iur. l. legatis, l. si de adi. lega. P. Sicque Paulus respondit aliam esse causam institutionis, quæ benigne acciperetur: exheredationes autem non esse adiuidandas, l. cum quidam, 19. de liber. & post. P. Sed & tertio, accusatio testatoris videtur esse exhereditatio, probari autem accusationes, alioquin reus absolvitur, etsi ipse nihil præstat, in l. qui accusare, de eden. C. l. actor, de probat. c. licet, de accusat. l. libellorum, eod. P. Qui enim iure naturæ debuit legitimam, vel iure ciuili constitutam petit, habet pro se probationem apertam, quod succedere debeat, si persona eius in confesso sit: puta, quia filius est, ergo heres, ad Gal. 4. D. Paul. l. in suis, de lib. & post. P. vel si patris sit, l. nam & si parentibus, de inoff. test. Et proinde qui excipit de ingratitude, & dicit ingratus eum, oportet probare: non eum qui negat, l. 2. de probat. P. Et in l. ab ea parte, §. de probat. in P. Paulus respondit, ab ea parte qua dicit aduersarium suum, ab aliquo iure prohibendum esse specialiter, lege, vel constitutione, id probari oportere.

¶ Forma, secundum quam experiri hac querela oporteat, i. sparsim tractatur in iure, & praxis eam docere facile potest: primum implorato officio iudicis, conueni oportere iniuste & immerito se esse exheredatum, & ita in ius vocandum heredem qui adit, vel possidet hereditatem, veluti petitione hereditatis, l. 1. C. de inoff. test. a. l. qui de inofficio, eod. P. Aut alia via ex Vlpiani sententia, si filius possideat, per exceptionem proponeretur, & per viam contradictionis. Verba Vlpiani hæc, l. Papiianus §. si filium exheredatus, eod. P. Si filius exheredatus in possessione sit hereditatis, scriptus quidem heres petet hereditatem: filius vero in modum contradictionis querelam inducet, quem admodum ageret si non possideret, sed peteret. Et vltra, si suspecta sit collusio legataris, inter heredes scriptos, & eum qui de inofficio testamento agit, adesse etiam legatarios, & voluntatem defuncti tueri constitutum est: eisdemque permillum est etiam appellare, si contra sententiam pronuntiatum est, l. si suspecti, 29. eo. P. l. si superatus, de pigno. P. l. a sententia, §. si heres, & §. idem respondit, de appellat. l. Paulus respondit, §. eum, de procu. P. ¶ Exigitur etiam, vt perpendamus, si nihil relictum sit acturo de inofficio, aut si qui piam is consequutus sit a patre. Nam si nihil habuerit, vel si habuerit, sed quod relictum est euitum fuerit, ager querela: si vero aliquid habeat quod tamen non sufficiat pro legitima parte tunc omnia querela ager tantum ad supplementum hodie: quamuis olim agi posset de inofficio, l. omnimodo, 30. l. seruus, §. 6. l. quoniam, 29. C. de inoff. test. a.

¶ Fiet porro supplementum & repletio ex ipsa substantia patris, d. l. seruus, §. repletionem, pro rata, tam de rebus quæ

23. ¶ Quod si obtinuerit in querela que legit coram iudice, & a sententia provocatum fuerit, placuit interim pupillo propter inopiam, pro modo facultatum, quae per inofficiosi testamenti accusationem pro parte ei vindicabantur, decerni, l. si instituta, 27. §. de inofficioso. de inoff. testa. P. ante sententiam vero, nullo modo decernuntur pendente lite in hac querela alimenta agenti, quamvis in Carboniani edicti quaestione decernantur, l. qui de inofficioso, 20. eod.

23. ¶ Iure Nouellarum, ex causa exheredationis, vel praeteritionis matris, irritum fit testamentum quoad institutionis, cetera vero sic manent, & legata & fideicommissa praestantur, §. sine igitur, §. aliud quoque capitulum, & seq. §. Et haec, ut cum de appell. cog. aut. ex cass. de lib. prat. C. ubi inter hoc tractant fuisse. quia pater vel alius qui mala exheredavit, in institutione solum peccavit, & in ea puniatur, & factum emandatur, vt inique exheredato deur ea legitima portio ab intestato. In legatis vel fideicommissis & aliis in testamento nihil peccavit, quia testamentum rite conditum erat, sed contra officium tantum pietatis exheredatio facta, l. de inoff. testam. P. §. 1. eod. apud Iustin. Quare pater non debet egredi delictum, l. ex facto, §. si de vulg. P. l. de scriptum, de his quib. ut indig. P. Et dummodo legitima debita detur filiis vel aliis quibus debetur, totum reliquum patrimonium est relictu liberat testatoris dispositioni, l. pariteribus, de inoff. test. C. De legitima mox.

24. ¶ Rationes autem, quare irritum fit testamentum in institutione ab exheredato, plures sunt: quasdam accipe. Primo, quia nemo iure suo sine facto suo privari non potest, c. 1. de cler. agrot. ca. quae sunt, de iis quae sunt a maiore par. capi. Et legitima pars, quae debetur filiis & parentibus, a lege naturae & ciuili praestanda est, l. nam & si parentibus, de inoff. testa. P. l. cum ratio, de bon. damna. l. scripto, unde vi. P. l. si arrogator, de adop. P. Et proinde fieri non potest per testatorem, vt leges non habeant locum in suo testamento, sine iusta & permilla causa, l. nemo potest, de leg. 3. l. si quis inquilinos, §. si. de leg. 1. l. non dubium, C. de legi. Secundo, quia cessante causa, cessat effectus, c. cum cessante, de appellat. Cessat autem causa exheredationis, quando nec iusta est, vel non probatur, quod plerumq; accidit, cum falso parentes instimulant, vt respondit Marcellus, l. 3. de inoff. testa. P. l. liberos suos exheredat. Neque, vt ait Caius, l. non est enim, §. 1. eod. consentiendum est parentibus iniuriam aduersus liberos suos indicare, quod plerumque faciunt maligne contra sanguinem sui inferentes iudicium, non verbalibus delinquentis instigationibus, corrupti. Tertia, quod testamentum in eo, in quo irritum fit vel euacuatur censetur factum a quasi demete, l. 2. §. l. mater, §. praeterea, eod. P. §. 1. eod. apud Iustin. Et proinde, cum a demete factum non valeat: ideo & in eo capite infirmatur, §. siem furiosus, & §. furiosus, quib. non est per. fac. testa. l. furiosus, C. qui testam. fac. non possunt. Quis enim putaret constare mentes eum, qui crudelis in filios, sui quodammodo obliuiscitur? Peccat enim contra naturalem omnium rationem, imo contra naturam, qua & feræ suos diligunt & nutriunt, l. 1. §. fin. de inst. & inr. §. ius naturale, de iure nat. ap. Iustin. Vt non immerito D. Augusti. ecclesiae hereditatem relictam existentibus actis filiis, reculauerit, c. quicunq;, 17. q. 4. Sepe enim, imo vt plerumque & filii in querendis & conseruandis bonis parentum insudant, quia illis querunt, l. placet, de acq. hered. §. 1. per quas pers. nob. acq. Et crudele numerum est, labores & obsequia eorum non tantum sine remuneratione esse, sed ad alios extraneos peruenire. Quare ecclesia elemosynas eorum bonorum, tanquam alienorum respuit, cap. non est putanda, 1. q. 1. & anat. hematis mucrone damnatur patres concilio Gangrensi, qui filiis nutrimentum & necessaria non exsoluunt, cap. si quis reliquerit, 30. distinet.

De Legitima. Cap. 5.

- 1 Legitima consideratio non fit in successione ab intestato. Et quantita illa sit hodie, & fuerit olim.
- 2 Hereditas legitima, ab intestato successio eor dicta.
- 3 Legitima pars quid sit.
- 4 Quibus nominibus appelletur. Et legitima collateralium non est aucta hodie, vt ascend. & descend.
- 5 Decurionum filiorum legitima dodrants.
- 6 Legitima trientis & semissis quomodo incunda ratio. & 7.
- 8 in Legitima computanda qui faciant partem, quamuis non admittantur ad partem.
- 9 Legitima quantitas augeri, & minus consuetudine potest: sed num tolli distinetur.
- 10 Legitima iuris naturalis non est.

- 11 Naturale aliud, & aliud quod propter causam naturalem est. Alimentorum & legitima differentia.
- 12 Legitima intra quod tempus peti & prescribi possit.
- 13 Legitima filii priuantur confiscatis bonis patris.
- 14 Legitima donationibus patris inuentis non minuitur.
- 15 Pater vendere potest in prauidicium legitime filiorum.
- 16 Legitima ex quibus rebus capienda sit. Quando no deur in corporibus hereditaria, & in quibus. Quis si in pecunia constituta tam agnouerit filius? & 17. & 20.
- 18 Regna inter liberos non diuiduntur ratione legitime. quare.
- 19 Legitima ex lege domus vel status potest assignari in pecunia.
- 20 Compensatio non habet locum in petitione legitima quomodo.
- 21 Legitima parentum ascendentium potest pecunia relinqui.
- 22 Legitima minuit donatione primogenito facta.
- 23 Legitima a quo, vel ab herede solo, vel a legatariis petatur.
- 24 Legitima petenda vt constande formula, vel cum de supplemento agitur. & seq.
- 25 Legitimam quando propria auctoritate possit filius accipere; & quando teneatur ab herede petere.
- 26 In legitima ratione facienda, quae antea deducenda sunt.
- 27 Legitima nullum onus vel grauamen vel conditio imponi potest. Exceptis 12. casibus, vt infra.
- 28 Alienatio legitime quando possit prohiberi filio a patre.
- 29 Filius heres institutus a patre an retentam legitima abstinere possit ab hereditate paterna.
- 30 Dos post mortem patris a filia quando tantum eum nupserit peti possit.
- 31 Filius antequam solueret raptus a patre ad testimonium eius patris.
- 32 Legitima post mortem tantum debentur debetur, & quando ante. & seq.
- 33 Legitima causa data si sufficienti filio accipienti ante mortem ead sumta, excludunt eum a petitione alterius legitime.
- 34 Dotare filiam, & uxorem filio querere cogitur pater.
- 35 Filio carcerato anticipare in vita legitimam pater tenetur.
- 36 Iudei Christiano factio filio legitimam in vita tenentur dare.
- 37 Religionem ingrediens dare legitimam filio tenetur.
- 38 Legitima an debetur habitacione valoris & rerum hereditariae qua fuerunt tempore mortis testatoris. Sed quid, si post datum dotem, vel datum filio cum renuntiatione, ante mortem patris sufficienti tempore quo datur pro legitima, num auctis facultatibus tempore mortis inuentis, habeant supplementum, & numero. 40.
- 39 in Legitimam qua imputantur. & seq.
- 40 Donationes propter nuptias facta filii nomine, vt & data ingressu monasterii, in eius legitimam imputantur.
- 41 Donationes tamen ob benemerita ei facta, praecipue illi sunt.
- 42 Officia vel honoris habendi causa pro filio impensa quando imputentur in legitimam.
- 43 Licentia iura vel doctoratus, militia, & sacerdotii causa impensa pro filio, an ei imputentur.
- 44 Suidorum causa impensa quando imputentur in legitimam, & num libri, iem. Peculii castr. vel quasi castr. data a patre vel quaestri non imputantur in legitimam filii eod.
- 45 Beneficium quod pater procurauit dari filio, & expense pro eo factae non imputantur.
- 46 Officia empta pro filio & dignitatum pretia quando imputantur in legitimam filii.
- 47 Donatio simplex, quae morte confirmetur facta filio, an in legitimam imputetur.
- 48 Legitima quibus debeatur personis, & quo ordine. & 2.
- 49 Legitimam quomodo legitimam in bonis patris petere possunt.
- 50 Religionem professi iure ciuili post mortem patris, exceptis cordigeris, legitimam petere possunt. In Gallia nulli Religiosi petunt.
- 51 Filia dote contenta renuntians cum iuramento, supplementum legitima petere non potest, & num nepotis eius filii petant.
- 52 Legitima quando debeatur ascendentibus in bonis descendentiis.
- 53 Legitima descendentiis & ascendentiis differentia eod.
- 54 Fratres quando petunt legitimam in bonis fratrum.
- 55 Legitima debetur honorabili titulo, & quomodo. Heres non soluens pro legitimam relictuam, in duplum condemnatur iure, quomodo autem in Gallia obseruetur.
- 56 Legitimam in proprietate & usufructu consequi debet filius, etiam

datur querela illis in officiosa donationis, siue donans testatus siue intestatus moriatur, contra donatorem, l. precibus. 2. §. de inoff. donat. C. Vt eae a us immoderate donatum reuocetur & vsque ad legitimam debitam sibi qui agunt, cuiuscumque fiat conditionis illi quibus donatum est, siue liberi, siue extranei, l. 1. §. si totius, l. si liquet. 8. l. cum donationibus. 7. C. eod. auth. unde & si parent. de inoff. sic. testa. C. ad similitudinem querelae in officiosi testamenti, l. si. co. C. de inoff. donatio. Quod & impugnanda in officiosa dote obseruari debere relictum est. l. 1. C. de inoff. dotib. Si tamen alia actio dari non potest. l. si filius unus. l. 4. C. de inoff. donat. Neque enim in praedictum filiorum, parentibus licet profundere donatione patrimonium perperam, fraudandae legitimae causa, quam non a testatore, sed a legis beneficio habent. l. si arrogator. de adopt. Neque conuenienter remittendū debitum, quae haec remissio pro donatione habetur. l. si uisuer. de cond. sine cau. §. At ¶ non reuocatur ea ratione venditum necessario sine fraude, pecunia accepta, propter liberam administrationem, quae cuique in rebus suis permittitur. l. nemo extrinsecus. C. de iud. l. in re mandata. C. manda. ¶ Dicunt tamen in iud. prohibito, per patrem amissa a filio posse reuocari, si immobilia sunt, vsque ad legitimam illorum, Chassan. ad §. 2. ad ver. dicitur passe. titu des successions, num. 5. in consuet. Burg. Citat auctores Ferrand eius sententia, in 2. p. prefat. ad l. in quartam. c. 4. Bald. in l. 1. in fin. si quid in fraud. patro. C. l. in l. 1. in fin. prior. §. sed si quis in fraudem, 2. col. de iure. §. Sed ¶ perpendamus unac, de quibus rebus sumenda est legitima: & responsum est, optionem filiorum esse, in quibus uelut sibi datur, arbitrio tamen boni uiri, seu iudicis, l. non amplius. §. ult. de leg. 1. l. scimus, de inoff. testa. C. Nec eam in pecunia numerata inuitus, sed ex ipsa substantia bonorum corporibusque hereditatis detrahetur, §. 1. de trien. & semi. Bene. 3. par. in q. de legitima num. 1. & d. l. scimus, §. repletionem. & ibi Bald. etiam si debeatur nepotibus, §. & haec omnia, de trien. & semi. vel ascendentibus, §. 1. eod. Non tamen ex re meliori, vel uiliori, sed ex re mediocri. Guid. Pap. dec. 608. l. in d. l. scimus, & in l. filium quem, 8. col. sum. eris. Et ita interponi quoque boni uiri seu iudicis arbitrium oportet, ne uel inuacua omnia considerantur, uel ne eam filius ex ipsa substantia detrahere omnino prohibeatur. Bart. & Ioan. l. in l. suis de her. instit. per l. 2. quan. & qui. quart. par. deb. C. Alex. in l. in quartam. ad l. Falc. P. Paul. Castr. consil. 254. Phil. Decius, cons. 8. facili potest, & ibi §. mo. de leg. 1. Nec a usufructu constituitur solum, d. l. scimus. Nec pater potest statuere, ut filius pro legitima pecunia sit contentus. Bald. & Da. in d. §. repletionem l. scimus, contra Salycetum. ¶ Nisi tamen certe agatur de regno, & comitatu, aut ducatu, aut marchionatu, aliisque dignitatibus indiuisibilibus, in quibus filii, post eum, qui iure heredis accipit regnum, debent contenti esse (si alia non sit consuetudo) pecunia, uel rebus pro legitima assignatis, ita dicitur Guido Pap. in dec. 476. & 487. & consil. 131. incip. circa processum. Per Jacob. in sua practica, de success. regni Franc. circa principi. ver. sed quid dicit decessit ille Carolus, Boerius dec. 204. num. 14. Bene. in ca. Raynuius in ver. in eod. testamento, 1. num. 145. Panorm. in cons. 3. in sola. 2. dub. vol. 2. Bald. in auth. hoc amplius, in ver. oppono C. de fideic. Paul. Castr. consil. 167. glo. Innoc. 10. Andr. & Hostiens. in c. licet, de voto. uocant in Gallia appanagium uel appanagium. Quia iste dignitates regie sine corruptione uix diuidi possunt. §. 1. de feudo Marchia, in lib. feudo. nos de his lib. 6. Syntag. 6. Bal. §. praeter ea ducatus, de probi. feud. alia in feud. factu glo. in c. si heredes, de testam. in c. in maiorib. de preben. Tum propter imperium, quod male patitur duos principes, ut nec mundus duos soles: tum etiam, quia & regnum, & ducatus, & comitatus, & marchionatus, & baronia, certis constant determinationibus, & ueluti membris, quoque si separentur, non amplius talia dicuntur, ut de eum lib. 6. huius Syntagmatis iuris, c. 7. num. 30. & c. 10. nu. 2. & 9. Et in hac causa recte exceptio fit, ne filius in corporibus hereditariis petere possit legitimum. ¶ Quam ¶ extendit ad familias nobilium quae ex lege maiorum indiuisibiles sunt: quam sequi expedit, cum reipub. inter sit integras eas conferuari. l. 1. §. pen. de ven. in spic. Multo magis id receptum erit, si consuetudine, lege, uel statuto municipalium fuerit, ut in pecunia teneatur filius legitimae capite. iam enim antea probauimus, statuto posse mutari & tolli legitimum. ¶ Sed ¶ & si filius relictam legitimam in pecunia per parentes semel agnouerit, non potest petere in corporibus hereditariis nec supplementum, l. si quando, §. sed hoc. & §. fin. de inoff. testa. C. quod fiet ex arbitrio boni uiri, l. si non mortis, 25. eod. si tamen non agnouerit uoluntatem patris, uel si minor aduersus illam agnitionem in integrum restituatur, quod potest ratione affe-

ctonis, quod tra maiorum fuerint, l. si in emtionem de minor. 25. ann. inuitus no cogitur in pecunia, etiam si pater statuerit legitimam accipere. ¶ Nec ¶ etia statueret potest pater, ut cum legitima, q. si bi filius debet, compensetur nisi debitum eius naturae esset, q. in legitimam esset impudendum: ut est dos promissa, uel propter nuptias donatio, ut in l. si cum dorem, §. si pater, de iure dot. ubi & hoc tuetur Alexander. Idem & Baldus post Cynum, p. bat in l. cu patre, C. eod. tit. filius quippe in legitima pro creditore habetur. l. si patronus, de donat. P. melius in l. Papiianus, §. si impubes, de inoff. testa. Et alio pro inuito creditore solui non potest. §. 1. qui. mod. col. ob l. 2. si cert. pec. P. l. debitorum pat. omb. C. de pat. ¶ N stabile ¶ tamen illud est, ut quamuis parentibus debita portio ex substantia defuncti quoque debeatur, §. 1. de trien. & semi. filius tamen possit aliquid certum uel pecuniam assignare pro eorum legitima. Phil. Franc. in c. si pater, de testam. in 6. Fran. K. par. in l. in quartam, n. 127. ad leg. Falc. Cum de legitima filiorum ita pater non possit. ¶ Quinimo, ¶ & legitima horum cum detrahetur ex omnibus corporibus hereditariis, accipitur quoque ex donatione facta primogenito, & de bonis quae fuerunt defuncti ante donationem primogenito factam, Guillelmo Benedic. in 3. part. rep. c. Raynuius, in q. de legitima, num. 1. per gl. quam leg. communiu. Doctores, in l. in 6. q. de inoff. dona. C. Vt & diximus capi ex inofficiosis donationibus, & d. ub. ¶ Sed ¶ a quo legitima & supplementum eius peti debeant, controuersum apud iuris interpretes est: alius dicitur, & a legatariis peti posse iure, & actione hypothecaria, maxime si filius uellet in corporibus hereditariis sibi, sicut alius negatibus, & tantummodo ab herede peti posse asserentibus. Quorum sententias, & auctorum nomina, & rationes inueies apud Nicolaum Boerium, q. 145. & Guid. Pap. q. 82. Resoluit tamen Boerius distinguendum secundum Alexandrum, in d. l. in quartam. ut si per legatam remaneat ad eum modum diminuta legitima, ut heredi reliquam nihil fit de ducta Falcidia, ex quo suppleri ea possit uel confici, tunc p. aliter qui peti experiri contra legatarios conditione ex lege, ita intelligi si ex patronis, & si libertus sub conditione, §. 2. de bo. lib. P. contra, si non remaneat ita diminuta legitima. Verum prius discutierendū in omni casu heres erit, si intelligendus, §. ceterum, ut cum de app. cog. in authent. in uerb. ab hereditatis, l. omnimodo, de inoff. testa. C. l. 1. §. si heres institutus ad S. C. Treb. ut c. g. o. f. am. num. remaneat quippiam apud eum, quod sufficit iuxta l. Mo. scis, de iur. fide. P. Idq. sequitur Bald. ad rubric. de rer. diu. P. Et ita iudicatum fuisse in curia Senatus Burgegalensis Boerius in citato loco notat. §. Dec. 1511. hoc etiam probabilis uideatur Guidoni Papae, omissis inuolutionibus eorum, qui distinguunt, num legatarii acciperint legati nomine corpus hereditarium, ut tunc teneantur contribuere ad supplementum legitimum, l. lineam Marg. aritarum, ad leg. Falcid. P. an uero sit relictum in quantitate uel aliud in genere, quo casu non agatur contra eos: quia genus non est in substantia bonorum, ex quibus debetur legitima, d. l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testa. Nam haec distinctio, quae est Paul. Castr. in l. in quartam, ad leg. Falc. P. non pertinet ad questionem contra quem experiendum sit, & a quo peti possit, sed ad questionem, quis contribuere debeat ad constandam legitimam, & qua forma sit pro legitima habenda, procedendum. ¶ Quod ¶ etiam ut patris explicem, dico, legitimam titulo institutionis in testamento relinquendam esse, quibus debetur, ut docuimus in institutione filiorum & ex heredatione: quod si non sit relicta, sed fuerit facta ex hereditatio iniusta, agitur ex causa hereditationis iniusta, ut superior capite docuimus in officiosi querela, & si aliqui patris, non integra tamen relinquatur, hodie ad repletionem agitur facienda. ¶ Pro ¶ impletione faciendae, & legitima consequenda, adeum ¶ datus est iudex, uocandus heres institutus, ut suppleat. Non enim propria auctoritate filius capere potest hereditatis portionem iure communi Romano, quando legitima in dederit in parte relicta esset, Bald. in l. 2. per illum textum, quando. & quib. quart. par. deb. id est, quando certa res pro legitima non est relicta: contra, si incerta res relinquatur, sic intellige Bald. in l. si quis in suo, de inoff. testa. Secundum Gu. l. Benedic. ad ca. Raynuius, ad ver. si abique liberis moreretur, 2. in fideicom. substit. num. 147. quam propria auctoritate retinet potius, quam accipiat. l. in suis, de liber. & post. hum. P. Et in eare, si uelit, loco heredis est. Bartol. in l. ex factis, l. in magna, de hered. instit. P. nisi & illa res ab herede possideretur, & de controuersia dubitaretur, quo casu nolente herede sponte tradere, iudex aduandus est, l. 3. de pignori. C. Neque

Neque enim licet etiam rem suam, alio possidente de facto, propria auctoritate repetere impune. *l. exstat, quod met. cau. P. l. i. C. de iust. frag. C. eum qui, de prob. in 6. cum similib. ne ad arma veletur, & ex cuius questione nascantur rixae criminales, quas p. vult index suavitudo compescere. l. aquissimum, de usufructu. P. Quinimodo legitima iure prius possidet ob eam temeritatem, per l. non dubium, C. de lega. Habet tamen excusationem aliquando ab illa lege, & a l. si quis in tantam, vnde vi, C. filius qui capit pro legitima rem aliquam, Paulus Picus, in l. in quarum, & ibid. Fernand. in 3. art. rep. leg. nu. 7. ad leg. Falc. potissimum in Gallia, vbi ex generali consuetudine mortuus salit viuum, quod pertinet ad ius & citalem possessionem, alio non possidente: quod late explicat*

27 Gaill. Benedic. ad ver. mortuus itaq. testator, 2. nu. 66. & 67. ¶ Et cum hac distinctione existimo, intelligi debere, quod Barth. lom Challan. tradit, in §. 2. ad ver. on ne peut exhereder, nu. 7. des successions, in cons. Burg. filium posse propria auctoritate legitimam accipere. Sententia autem vel condemnatione fecuta, vel sponte herede legitimum offerente, deductio fieri debet coram arbitrio prius arietis alieni, suaveris impensa, & libertatum datacum, l. Papi- pinianus, §. quarta autem, de inoffic. testa. P. vti in aliis quartis ineun- dis Falcidia, & Trebellianice monuitur, quia bona non dicuntur, nisi deducto aere alieno. l. subignatum, §. bona, de verb. sign. Ex quibus duo colligo, & legitimam sine onere deberi, & non si post mor- tem eius, de cuius hereditate agitur. ¶ Primum ¶ docet, nec condi- tionem, nec grauamen imponi posse in eo, quod pro legitima reliquitur, vel datur vel accipitur, siue sit dilatio temporis dandi, siue conditionis, quae reiciantur in legitima. l. quoniam in priorib. C. de inoffic. testa. Et ita emendata est l. si pater, C. de inoffic. testa. per l. quoniam in prioribus, eiusdem tituli. Neg. solum reicieatur a legitima grauamen omne, dum in ea tantum est filius institutus, sed etiam si in aliis instituitur. ¶ Nam ¶ pro parte legitima reicieatur adhuc, etiam in residuo daret, l. scimus, §. cum ante, eod. quia filius eam non habet beneficio patris, sed legis, l. si arrogator, de ad- opt. Gaill. Benedic. tamen 12. casus adfert & colligit, in repeti- tione, c. Raynautius, ad ver. reliquit, a. num. 3. 2. vlt. que in finem, de testa. In quibus onus aliquod seu conditio imponi potest a paren- tibus legitimae filiorum: quorum aliquos leuiter, vt quotidianos indico: reliquos enim apud illum videbis. 1. Quando conditio legitimae apposta est in utilitatem filiorum gl. in l. quoniam in prioribus, per text. in l. filium matrem, de inoffic. testa. C. vt sic dum videt filium prodigum vel infirmum aetatis, prohibeat vlt. que ad certum tempus, relictiis interim alimentis, non autem in perpetuum, alienationem legitimae, potuit prohibere ita ad tempus, quauis alienatio fieri possit, non obstante prohibitione, vlt. que ad legitimam. Et ita iudicatum Senatusconsulto Bardegalensi, in vigilia natiuitatis beati Iohannis Baptistae, anno Domini 1499. Idipsum die de institutione facta cura condicione, vt filii maneat in communio- ne vlt. que ad certum tempus. De qua & quid in ea contineatur, vide Nicolaum Boerium, decif. 87. ¶ 2. Recipit ¶ onus vel condi- tionem legitimam, si repudiante eam filio, perueniat ad substitutum vel alium: quemadmodum in patroni legitima responsum est, in locum patronus, de leg. 2. & Paul. Castr. in d. l. quoniam in prioribus, in tradit. Hic autem est consideratio, quando filius heres institutus a patre possit retinere & acceptare legitimam, omnia hereditate, & quando non: quod explicatum habes a praedicto Benedic- to, vbi sup. num. 3. 4. quod nota, quia est haec quotidiana questio forensis. ¶ 3. Condicio ¶ ex statuto recipitur, si illud statuat, quod exstantibus masculis filia dotata non succedit: quia tunc relicta ei legitima seu dos non petitur, nisi quando nuplerit, Bart. in l. Ti- tio centum, §. Titio genero, de cond. & demonstr. vlt. coll. ¶ 4. Singula- re ¶ est, legata relinqui posse a filio per patrem, pro male ablati, & in restitutionem raptorum. Nam haec in foro conscientiae a filio restituenda sunt, & minuit legitimam, vt a alienum. Et veluti pro redemptione animae defuncti ex laqueo damnationis, soluenda sunt, non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, c. peccatum, de reg. iur. in 6. quia filius tenetur ex captiuitate patrem redimere, alioquin legitima priuandus est, vt ingratus, auth. si ca- ptiui, de episc. & cler. C. §. causus, vt cum de app. cog. in auth. ¶ In ¶ foro tamen contentioso putant aliqui probandum esse prius male acceptum a testatore: nec credi simplici eius assertioni in dimi- nutionem legitimae filii. Gaill. Bened. vbi sup. num. 41. arg. eorum, quae notat Bart. in l. si forte, de cast. pecu. P. Quod diximus aut post mortem deberi legitimam tantum, satis per se constat: vel ex eo, quod ante mortem debeat praematura dicitur eius petitio. l. 1. §. si impuberis, de colla. bon. disputat hanc q. Guid. Pap. decif. 486. &

Chassa. cum suis exceptionibus. ad §. 2. ad ver. du trespassse, sit des succes- sions, num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. in cons. Burg. Exceptis quibusdam casibus, in quibus cogitur pater loco legitimae quaedam dare filio, qui tamen quamuis referatur ad legitimam, & quamquam horum nomine data comparantur post mortem patris in legitimam, tamen im- proprie legitima dicuntur. Quia legitima est iure institutionis vt dixi, debita: institutio autem hereditatis est, quae tantummodo mortui dicitur, in l. 1. pro herede, in P. l. opinione, C. eo l. i. de hered. vel alt. vend. P. Cum viuientis non dicatur hereditas, vt docet finitio eius, l. hereditas, de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sig. P. ¶ Primum ¶ itaque si pater velit aliquid pro futura legitima largiri filio, potest in vita sua, l. cum quo, §. fin. ad leg. Falc. P. & suo priuilegio renun- ciare, vt solet fieri dum emancipantur liberi, & quaedam illis dan- tur, in quibus sibi negotiari possint. Et ita inuenimus factum fuisse D. Lucae Euangelio cap. 15. in prodigo filio, qui a patre petit, & coalecutus est substantiam sibi debitam post mortem. Num au- tem parentes facere id ipsum debeant, exitus vitae illius prodigi e- redire satis potest. Dicunt autem interpretes, Bart. & Paul. Castr. in l. si cum dotem, §. si post, solut. matr. P. dissipata hac parte data no- mine futurae legitimae per filium, non teneri patrem ei aliam legiti- mam vel portionem relinquere. ¶ Secundo, ¶ etiam inuitus pater cogitur dotare filiam viuens, & filio conditionem quaerere. l. qui liberos, & qui constituit, de ritu nupt. ¶ Tertio, ¶ si filius pro debito sit carceribus detentus, vel pro delicto capitali cogi possit pater ei legitimam portionem tradere, neque patrem qui praue- nit tempus solationis, teneri ei iterum testamento legitimam re- linquere, docet Gaill. Benedic. in ca. Raynautius, ad ver. in eod. testa- mento relinquens, 1. num. 214. & 215. ¶ Quarto, ¶ Iudeus filio ad Christianitatem conuerso tenetur legitimam dare, vt quibus- dam placuit. P. de Ana. in ca. Iudaei de Iuda. licet ibi Felix, repugnet, factu in arg. l. cognouimus, C. de her. Guil. Benedic. vbi sup. ¶ Item ¶ si filius ingrediatur religionem, c. cum simus, de reg. & transact. ad religio. auth. ingressi, C. de sacros. eccl. quia tunc habetur pro mor- tuo civiliter. ¶ Post ¶ deductionem eorum, quae deducti oportet, quae docet & l. si §. in computatione, de iure delib. C. in eunda ratio est bonorum, & ea in vnum conferenda: & si recte confert non posita at vel diuidi, aestimanda imputationibus adiectis. Et ha- benda primum ratio valoris hereditatis viuente, quae fuit tem- pore mortis testatoris. l. cum quoritur, de inoffic. testa. C. etiam, §. si patronus, & l. si patronum, §. fin. de bon. lib. l. si quid in frau. pa- tro. P. Quare filii, qui ante mortem patris moriuntur, non consi- derantur ratione legitimae, potissimum si filios non relinquunt, qui tamen si sint, mortuo patre ex proprio capite & in thirpes suc- cedunt, vt qui ab intestato vocantur, vide de his Fernand. in re- per. in quarum, in 2. praefat. c. 2. num. 8. & seq. quemadmodum suo loco dicitur. ¶ Quare, ¶ si tempore quo legitima anticipata est, puta quo de data est, vt in l. cum quo, §. si ad leg. Falc. P. facultates parentis fuerint tenues, & tempore mortis exercuisse appareat, crescit legitima, & petitur supplementum, etiam si filia simpliciter bonis paternis renuntiavit: quia renuntiatio ad praesentia ex- tenditur, Bald. in l. pactum dotale, de collat. C. in l. quamuis, C. de si- deicom. P. Paul. & Alex. in l. ratione, ad leg. Falc. P. tex. in l. si quando, §. 1. de inoff. testa. C. Idem, si filius aut filia, aliquo accepto pro legitima, quod sufficiebat eo tempore quo dabatur, cum iuramen- to renuntiavit: quo casu tenet renuntiatio, c. quamuis pactum, de pact. in 6. Et haec probabilior videtur sententia illi quibus, Bald. in cap. cum Martinus Ferrariensis, num. 15. de constit. & con. 369. incip. quadam puella, versic. pone. quia iuramentum intelligitur appo- situm cum clausula, si res in eodem statu remaneant. ca. cum inter, de renunt. glo. in c. quemadmodum, de iur. iur. Et ita tenet Fernandus etiam, vbi sup. num. 9. & alii. Quibus tamen plures & melioribus rationibus obstitunt. Et cum illis resolutum est, filiam vel filium accipientes legitimam, vel aliquid loco legitimae, quod sufficiens erat pro eadem, habita ratione patrimonii dantis tunc existentis: non posse supplementum post renuntiationem petere auctis facultatibus patris tempore mortis. Quemadmodum, nec dimi- nutis facultatibus tempore mortis, non deberet dari illis dimi- nutis. Plures istius rationes & affectas questionis, relictiis aduersariis considerantibus, adfert Nicolaus Boerius per totam 62. decisio. & addit in fine ita iudicatum a refo curiae Senatus Burdegalensis, 1519. ¶ Ceterum, ¶ si nulla renuntiatio facta est, auctaeque inue- niantur facultates tempore mortis, vel si minus acceptum fuerit in vita testatoris, & supplementum petatur, ad imputationem de- scendum. Quamobrem imputabit minus accipiendo filia, quae accepit ipsam dotem, l. quoniam nouella, C. de inoff. testa. Bart.

Imo & alii in d. l. in quarta etc; omnia accessoria dotis. vt vestes, anulos, torques, monilia, & alia id genus occasione matrimonii data, Paul. *Cast. conf. 120. Alex. conf. 27.* q. tamen negat Fernan. in reb. consumtis, ad d. l. in quarta, in 3. c. terius art. n. 9. in ampliatio.

42 **¶** Imputatur & legitime relig. oli vel religiose, q. in ingressu datu est monasterio, Bart. in l. i. §. si parens. si quis a par fuer. manam, & in l. Tuius centum, de cond. & demonst. Idipsum dicendum est, de donatione filio facta propter nuptias, d. l. quoniam nouella. Et ea quae pater donat filio ducenti uxorem, contemplatione matrimonii, quae interim valet. Pomponius Philadelphus, *sum. erosc. Bart. in l. 43*

43 **¶** frater a fratre, de cond. indeb. **¶** Idemque in aliis donationibus ei factis ob causam, vt quae militiae causae sunt factae, *Lomnimodo, §. impuberi, de inoff. testam.* Nisi ob benemerita fierent, quia praecipue tunc essent filio, & censentur esse peculi aduentitii, vt ait gloss. i. a. auth. vnde si parens, de inoff. testa. Et aduentitia non communicantur. *l. fin. C. de collatio.* Quare lucram proueniens ex industria & labore filii operantis nomine suo non patris, etiam in rebus & pecuniis patris, non imputatur, vt aduentitium ex causa industriae filii. *Bart. in l. cum oportet, de bonis quae lib. & in l. si quis*

44 **¶** pro eo, §. item si filius, de fideicommissio. P. **¶** Donata t quoque filiis quae transmissibilia non sunt ad heredes, non imputantur, vt videtur, alimenta, vestitus, & alia, quae officio paterno in filios parentes viuentes expendunt, *l. quae pater. sum. erosc. quae vt pro honore filii impetrando consumunt, text. & gloss. in l. de muner. & bon. P. nisi amice repetendi fiant, pro filio qui bona propria aliunde quam a patre habet. Alexand. in addit. ad Bart. ad d. l. 3. §. si de muner. & honor. l. fin. de peti. hered.* **¶** Proinde, t pecuniae expensae in graduando filio, pro bacchalaureatu, licentiatu, doctoratu, & pro militia, sacerdotio non imputantur, *Bart. in l. i. §. nec castrens. de coll. bo. P. de Doctoratu, Bal. in lomnimodo, §. imputari, de inoff. test.* Si pater tradendo horum gratia pecunias, protestatus non sit pro legitima tradere: nam tunc imputaretur, si cu hac lege dentur, *l. cum quo, §. si ad l. Ful. Sic dicimus donata a patre, quae efficiuntur peculi castrensis, vel quasi, vel eo nomine aliunde quaesita, non imputari filio in legitimam, vt equi, arma, &c. l. si, & l. si filius, fam. erosc. C.*

45 **¶** *Bart. in d. l. i. §. hoc castrens. de collat. bono.* **¶** Et t quia libri sunt arma scholasticorum, *glo. in l. nepos Proculo, de verb. sig. & A tuocari & Doctores milites videntur, l. aduocati, C. de adu. diuor. iudicio.* & gaudent beneficio quasi castrensis peculi, *l. fori cui culminis eo. C. diciturum est de libris datis filiis, nura illis imputentur in legitimam.* Et *Iason quidem tradit libros Licentiatu vel Doctori datos, non imputandos, sed donatione quasi castrens. peculi proprios fieri. Iason in l. filia licet, C. de colla. num. 8.* Id. ipsum, si deatur clericis etiam filiis in potestate constitutis, simplici consuta sacra initiatis: dicunt enim & esse tunc eos quasi castrensis peculi. *idem eod.* Nisi filii mali fuerint scholastici & reprobatae vitae, qui priuilegio scholasticorum indigni sint. *Bart. ad d. §. nec castrens. vel nisi tempore donationis, successissent renuntiaissent, Bald. in d. l. patrum dotalib. vel nisi in donatione pater protestatus sit, de date pro legitima. l. quae pater, ad leg. Falc. d. l. cum quo, §. fin. eod.* Quae si non concurrant impensa studiorum causa in filios facta, & libri non possunt computari vel imputari in legitimam, etiam si pater postmodum moriens id dixerit. *l. pater filiam, ad leg. Falci. P. cum perfecta donatio, neque modum, neque conditionem postea admittat. l. perfecta donatio, C. de don. quae sub mod. l. velles neque, C. de reuoc. donat. l. sicut ab initio, C. de actio.* Porro, si pater non quidem expresse dederit, sed tradiderit libros filio simpliciter, si eius nomine emerit, putandum est praecipuos esse ei. *in l. filia cuius, C. fam. erosc.* Ideo cum pater vel mercator vel rusticus est, praesumitur nomine tantum filii emisse, & ei d. nasse: nisi in Calendarii sui rationes retulerit, vt imputaret. *Paul. Cast. conf. 184.* Si autem eiusdem professionis sit pater, peculi nomine filio videtur libros tradidisse, *in l. si de pecu. leg. P. si donatione vsus non sit: exceptis libris grammaticalib. Et ita debet imputatio fieri eorum librorum, estimatioe facta pretii eius sunt tempore mortis testatoris, non quo emti sunt, & sufficit conferre pretium, potestque libros retinere. *l. si in d. l. filia licet, num. 10. de collatio. de estimatioe a mortis tempore faciendae, in l. illud, de colla. lomnimodo, §. impuberi, de inoff. testam.* **¶** Noluerunt t imputari quoque Doctores in legitimam expensas factas a patre in habendo episcopatu, vel beneficio: nec sacerdotum ipsum quod precibus aut gratia pater pro filio impetravit: vt docet Arnold. Ferronus, in comment. ad confuet. Burdeg. lib. 2. §. 10. **¶** Imputari t voluerunt tamen iura in legitimam ea, quae pecuniis patris emta sunt in nomine filii, officia, militiae, feuda, quae emi vendive possunt, & quae trans-*

missibilia sunt ad heredes filii secundum estimatioem & modum, lomnimodo, §. 2. **¶** Imputari, de inoff. testam. C. Ea vero, quae nomine filii emta sunt, quae cum persona filii extinguuntur, vt inde lucrum aliquod ad heredes eius transmittatur, si nulla protestatione imputationis dantur, eidem non imputantur, nec conferuntur. *l. i. §. sed an id, de colla. bono. P.* Alioquin quae cum hac conditione, vt in quartam imputentur, dantur a testatore filii, aut aliis quibus legitima debetur, post mortem eius, siue dentur mortis causa, vel inter viuos, imputantur, & agitur ad supplementum tantum, *l. si quando, §. §. Generaliter, de inoff. testam. C. §. fin. eo. ap. Inst. contra, si nihil dictum sit de hac imputatione. glo. in d. §. Generaliter, ad ver. computetur, Bart. & Pau. Cast. ad d. l. in quartam.* Quamquam in eo casu imputentur in quartam iure institutionis debitam, seu in Falcidiam. *l. cum quo, §. fin. ad leg. Falci. P.* Et enim cum dixerimus ante computationem legitima deducendum esse res alienum, recte istae donationes adducuntur, nec imputantur: quia tempore mortis patris factae non fuerunt. *l. cum quaritur, C. de inoff. testam.* **¶** Quod t Fernandus exemplis illustrat in donationibus factis filiis, quae valent ita, vt si fiant emancipatis, *l. 2. de immensis donationibus.* Vel filiis in potestate constitutis, de usufructu aduentitiorum. *l. cum autem, §. id. autem, de bono. quae lib. vel aliorum cum iuramento, Bald. in l. fina. C. de vsuca pro don. Idem & Alexan. in l. si donatione, C. de collat. si filio suo princeps dederit, l. pen. C. de don. in. vir. & vxor. Iason in l. frater a fratre, de cond. indeb. in l. repetit. vel mater filio, in l. si constant. & sibi gloss. de don. in. vir. & vxor. C. Contrarium ergo in donationibus, quae non valent in vita testatoris, dicendum est, vt liberis in potestate constitutis imputantur, & est communis opinio, *Bart. in l. in quartam, per l. filium quem habentem, sum. erosc. Cyn. in l. si quando, §. Generaliter, C. de inoff. testam. Ang. Imol. in d. l. in quartam, Alex. ad l. illud, de coll. C. quamuis plures reclamant, & dicunt regulam esse generalem, vt quicquid filius patris iudicio ultimo consecutus est eius substantia, imputet in legitimam, siue iure institutionis, siue fideicommissi, vel legati percipiat, Bart. Paul. Imol. ad d. l. in quartam, per lomnimodo, §. restitutionem, de inoff. testam. C. facit, §. i. ver. sed quod conserit, de trien. & semi. in auth. Exceptis fructibus, quos non imputat in legitimam, §. prohibemus, eod. Donationes autem simplices filiis familias factae ad natum reuocabiles sunt, & mortis tempore effectum sortiuntur tantum, *l. donationes quas parentes, in magna, de dona. in. vir. & vxor. C. l. 2. C. de inoff. don.* Quae tamen ratio vera quidem est in se, ceterum non videtur satis accommodata donationi filii factae, quae confirmatur quidem silentio mortis tempore, verum tamen retrahitur ad tempus quo conscripta est, non habita ratione mortis, *d. l. donationes quas parentes, quam obrem exilitarem hanc donationem, quae actis legitimae infirmata est, quae confirmatur morte, sed retrahitur: non esse imputandam, si aliter dictum non sit in eius traditione: & ita inclinare in hanc sententiam, video Paulum Castren. in lomnimodo, §. & generaliter, de inoff. testa. per l. illud, de colla. C. & l. pen. fam. erosc. C. Sed de imputatione satis.***

46 **¶** Quibus t debeatur legitima, videamus breuitas. Vetus ordines suar succedentium ab intestato, descendendum, ascendendum & collateralium: sic & eorum qui legitimam petere possunt in bonis testatoris defuncti, liberorum, ascendendum, & fratrum tantum, *l. i. de inoff. testam. P.* in casu, in quo querela in officio testamenti illis dari potest vel debet. *interpr. in l. si quis filium, C. eo. Bart. & alii, in l. ex filio, de vulg. P.* Neque tamen omnibus simul debetur, sed ordine. Na si quis decedat relicto defuncti. liberis, ascendentibus, & collateralibus, non oes possunt petere legitimam: sed tantu eo ordine, quo successuri essent ab intestato defuncto testatori, vel plures: si in eodem gradu, vel soli, si nullus alius sit in eo vel cu eo concurrens. Quia saepe diximus, legitimam, partem esse eius, quod quis habiturus esset ab intestato, *supr. hoc. C.* Itaque quia prima successio est intestati descendendum, qui excludunt ascendentes & collateralibus, §. 1. de here. ab intest. veni. in auth. dicimus filiis existentibus vel nepotibus, qui instituti sunt, vel qui petere possunt male exheredati legitimam, vel in aliquo instituti supplementum, patrem testatoris excludi & matrem & superiores a legitima & querela inofficiosi. *l. pater filium, de inoff. testam. P.* Si autem illi non sint, vel si sint, & tamen succedere non possint, quia repudiarunt, vel abstinuerunt se ab hereditate, vel recte exheredati sunt omnes, admittuntur ascendentes ad eius petitionem, *d. l. pater filium, quia tunc habentur qui ita pedebant pro mortuis, l. 2. §. 1. de bon. poss. sec. ab. P.* pariaque sunt aliquid non esse, vel esse inutiliter. *l. quos, qui sari, cog. P. l. fin. ad leg. Fian. de plagia. C.* Filii legitimam

in bo

in bonis patris & matris habent, §. 1. de trien. & sem. in auth. sine sint emancipati, glo. in §. exheredatis, de hered. & Falc. siue malculi, siue femine: quia sublata est potestas & lexus in successuibus ab intestato, ex quibus hæc legitima pendet differentia, §. eman- cipati, de here. que ab int. deser. l. maximè vniu. de lib. prat. C. Siue sint adoptiui, siue naturales & legitimi, §. cum autem, de inoff. testa. apud Justin. l. si arrogator, de adopt. P. non tamen nothi & spurii, §. 1. de in. est. nupt. l. 1. & ubi gl. de bon. possess. con. tab. l. dicorem. §. pater naturalis, de leg. 3. per rationem, l. vulgo concepti, de stat. hom. §. si aduersus, de nupt. ap. Iustinia. exceptis matribus non illatibus, l. si qua illu. s. r. ad Orficia. C. & dummodo inest uos, adulterini, nefarii si uue presbyterorum ne sint, qui omnino ab omni etiã matris successione repellantur, auth. ex complexu, de in. est. nupt. C.

51 ¶ Legitimati porro per sublequens matrimonium, per omnia legitima & naturalibus similes sunt in successione, §. fin. eod. in. auth. §. fin. de hered. que ab int. des. apud Iustina. c. x. tanta, qui filii sint legitimi. Idipsum si legitimum impetrante patre eo que uiuo per rescriptum principis habent enim & legitimum in bonis patris, que ad modum naturales & legitimi, §. sit igitur, qui. mod. nat. eff. leg. colla. 6. in au. h. Non etiã si mortuo patre legitime- tur, gl. & inter. in l. Gallus, §. & quid si tantum, de libe. & posthu. De reliquis legitimatis per oblationem vel per nominationem in testamento non loquor, quod illa formula desierint esse in usu: hos tamen dicant habuisse legitimam in bonis patris, vide Fern.

52 ¶ in l. in quartam, 2. prefat. c. 1. nu. 9. ¶ Posthumis, ¶ si abortiu uac- scantur, legitima non debetur, l. 2. de post. hered. instit. natis denegati non potest, §. posthumus, de exher. lib. l. inter cohera, de lib. & posthu. ¶ Iure ¶ scripto, religionem ingredientibus, debetur legitima, quã post mortem patris petere possunt, auth. ingressi, de sacro. eccl. c. l. in §. 1. de epis. & cler. C. exceptis his, qui neque in communi, neque in publico quicquam habere possunt: quales cordigeri sunt, clem. exini, de verb. sign. Ar in Gallia, qui ingrediuntur aliquam religionem cuiuscumque sint ordinis, ubi eam professi sunt, incapaces sunt successioneis petende a patre, Fern. in d. 2. prefat. c. 1. nu. 10.

54 ¶ Non ¶ potest & filia dote contenta, qua cum iuramento renũ- ciavit, regressum habere & petere legitimam, e. quamuis patrum, de part. in 6. quando autem nepotes ex ea pe sint petere, vel ex persona matris, vel ex propria, hoc uidebis apud Guill. Bened. c. in 3. part. q. de legitima, num. 6. & 7. Guido. P. p. de d. 98. num. 2. Bart. in l. q. in superstitis, de acqu. hered. P. Tractatur & optime a Fernando, in 2. pref. l. in quartam, c. 1. num. 11. & 12. ubi & 13. nu. exheredatis bona mente debentur tradit legitimam, non si qb ingratitudinem exheredatus: & 14. tradit etiam nepotes & pro- nepotes posse petere in bonis aut & proau, sublatis abis mediis personis, & suo ordine: prout ab intestato uocatur, ¶ Quod ¶ si non super sint liberi, possunt petere ascendentes legitimam in bonis filiorum & nepotum, §. non autem, de inoff. testam. l. nam & si parentibus, eod. P. §. 1. & §. hoc obseruando, de trien. & sem. in auth. Et præd. loco Fernand. num. 15. & 16. colligit in quibus conueniat legitima ascendentium & descendentium: & in nu. 17. differentias, inter quas duæ notabiliores, 3. & 7. illi. vna. quod filius gra- uatus de restituenda hereditate duas quartas detrahit. Trebellia- nicam & legitimam iure communi, & nisi si quid aliud prehibeat, c. Raynaldus, de restam. Ar parentes grauari a descendentibus, v- nam tantum detrahunt, Bald. in l. a milite, §. fin. & Jus. in auth. no- uissima de inoff. testam. C. Altera, quod filius grauatus de resti- tuendo, non imputat fructus in quartam Trebellianicam, l. inbe- mus, C. ad Trebell. patens grauatus contra l. filiusfamil. ad leg. Fuc.

56 ¶ In ¶ collateralibus legitima tantum debetur fratribus, quando turpis persona instituta: non vltioris gradus cognatis, l. 1. de in- off. testam. P. l. fratres, & l. fratris, C. eod. ¶ Effectus ¶ totius ius tractationis, ut iis quibus debetur legitima, eam habeant etiam integram honorabilis titulo per institutionem: alioquin per que- relam inofficiosa si eam cõsequantur, si nihil eius nominè relictũ est. Et si quid relictum est, ut per conditionem, ad supplementum heredes adigantur, l. omnimodo, & l. scimus, §. repl. tionem, de inoff. testam. C. vt diximus. Quod si heredes contumaces sint dare, que testamento relicta filiis sunt, eo nomine iure ciuili tantandem cum relicto soluere damnandi sunt, l. si quis in suo, 33. C. eod. Quod in Gallia non seruatur, sed multis grauius erga hereros solent

57 ¶ heredes contumaces damnari, ¶ Consequitur ¶ autem filius legi- timam in proprietate & usufructu, auth. nouissima, de lib. prat. C. Et perinde ac si institutus sit filius heres vniuersalis, & usufructus re- lictus sit alteri, consequetur nihilominus pro portione legitimæ quoque usufructum, rato manente usufructu relicto in ceteris. l. omnimodo, de inoff. testam. C. glo. in d. auth. nouissima, & in l. quo- niam, in priorib. eod. Sic improbanda glo. prehibemus, de trien. & sem. Que contrarium decidens ex diametro aduersatur legi- bus. Item & reicienda cautela, quæ adfertur a Capolla, caut. 24. pro priuando filio legitima, quam etiam reprobatur Chassaneus, ad §. 2. ad ver. si non pour aucunes des causes, & c. num. 27. tit. des suc- cessori. ¶ Rationes ¶ porro & reliqua istius legitimæ, confen- tionem cum his, quæ diximus in institutione facienda, & in capite, de inofficio testamento.

De aliis mediis, quibus testati causa ad causam in- testati perueniat. Cap. 6.

- 1 Testamentum coactis factum, nullum: nec qui coegit, succedit ex eo institutus.
- 2 Testamentum mutari vel fieri prohibens, non succedit.
- 3 Testamentum caduci causam, quot modis accipiat.
- 4 Testamentum metu factum, nullum est.
- 5 In carcere testamentum factum an valeat.

¶ Vm iam liqueat, ¶ quomodo ex reb. ipsis, & ratione & facto ¶ ipsis testatoris, & omissione solemnitatum, testamentũ cor- ruat: superest vt dicamus, quomodo ex negotiis, que superueniunt causæ testamentariæ per personas alias intestatus quis efficiatur: doceamus Laconice. Ergo, si quis aliquem testari coegerit in sui fauorem vel alterius, quæstione criminali heres submauebitur, nec valebit testamentum, l. 1. si quis aliq. testa. prohib. vel coeg. lib. 6. C. tit. 34. Quia ex voluntate alia est testamentum inutile, vt capta- torium, l. illa institutio, & l. captatoria, de her. instit. cum simi. contra l. 1. de testam. P. Neque obtinet institutio in fauorem eius, quæ tes- tamentum fieri ita curauerit, neque etiam in fauorem alterius: quam cogentis, l. 1. §. 1. si quis aliq. testa. prohib. lib. 39. P. tit. 6. Et hoc abunde disputatur a glo. in l. 2. ad verb. remoueri, si quis aliq. test. prohib. C. ¶ Quemadmodũ ¶ & is qui impedimento fuisse mon- stratur, ne testamentum ordinaretur, vel ne ordinatum mutaretur, vt indigna persona, successioneis compendio remouetur. l. 1. C. de l. 2. eo. P. Contrit etiam testamentum, si heres non adeat he- reditatem, vel si ea repudietur, l. si nemo, de testam. iure. l. in testam. de verb. sign. l. eam quam C. de fideicom. l. 1. de in iusto rupt. P. l. vni. §. cum autem, de cod. toll. C. ¶ Hucque ¶ pertinet consideratio causæ ¶ testamentariæ, quæ in causam caduci incidens, facit testam. corruere: primum, si tempore testamenti conditi mortuus sit he- res institutus, quem testator putabat adhuc viuere, l. vni. §. in pri- mo eod. 2. Si heres moriatur ante aditam hereditatem, d. l. vni. §. pro secun- do. 3. Si heres extraneus moriatur ante aditam hereditatem, d. l. vni. §. in nouissimo. nisi decessisset intra tempora, quæ cõcessa essent ad deliberandum, l. quoniam de iure delib. Et exceptis, casibus per glo. & Bart. in l. ventre præterito, de acq. hered. P. In liberis etiam aliter prospectum est, in l. vni, de iis qui ante aper. tab. C. Item pos- tremo, si heres sit incapax successioneis, cuiusmodi plures esse diximus, in c. de his qui in iustui pe sint, ¶ Sed ¶ & metu al cuius tes- tamentum conditum impugnari potest ex edicto prætoris, quod d. metu causam, si metus cadat in constantem virum, l. 1. & l. metum in magna de eo quod met. caus. vel si talis sit, qui induceret restitu- tionem per officium iudicis: vt metus reuerentiæ vel verecundiæ, præsentis patris vel mariti, hoc explicat Bened. ad ca. Raynaldus, ad verb. condit. nu. 2. 3. & seq. facti l. 1. §. qua oneranda. quar. rer. a- d. c. non det. Ang. in §. quadrupli, de ad. Pan. in c. cum inter de elect. de prec. p. incip. vel si testes cogantur, l. qui testamento, in fin. de tes- tam. ¶ Et ¶ quomodo testamentum in carcere factum a testatore de reo ob crimem, ante cuius damnationem mortuus sit, valeat, nisi aliud impediatur, etiam si in carcere tyranni detineatur, Guill. Bened. ad d. c. Raynaldus, ad verb. mori suo itaque testatore, 1. nu. 22. tamen si quis carcerem parlatur ea de causa, vt oblique vel dire- ctè ad testandum cogatur, arbitror inutile esse, & causam intesta- ti potius esse, idem Bened. ad verb. testamentum, 31. nu. 13. per Pauli responsum, in l. qui in carcerem, 22. de eo quod met. cau. P.

Gggg 3

Synagmatis iuris vniuersi Libri quadragessimiquarti Finis.